

DISSERTATIO

DE

CONIO MACULATO,

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU MAGNIFICI DOM. PRAESIDIS  
AC DIRECTORIS, SPECTABILIS DOMINI DECANI, NEC NON  
CLARISSIMORUM D.D. PROFESSORUM, PRO DOCTORIS  
MEDICINAE LAUREA RITE OBTINENDA IN ALMA AC  
CELEBERRIMA SCIENTIARUM UNIVERSITATE PESTIENSI  
PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI

SUBMITTIT

MAXIMUS NICOLICS  
MISCHKOVICSEW.

---

Theses adnexae defendentur hyemali Musarum Medic. in Palatio.  
Anno 1834.

---

BUDA E,

TIPIS REGIAE SCIENTIARUM UNIVERSITATIS:

INST. MED. PHARM.

Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt,  
multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulli nato post  
mille secula praecludetur occasio, aliquid adhuc adiiciendi.

SENECA.

Много єв дѣлали, кон єв пре насѣ живили, но нисє єв-  
кершили, много поєла єштє оєтає, и много же оєтати,  
ниги же єє и комє поєлає тыєаще єєнова рождєномє єпоєєва  
євєтєи, єштє штогодь додати.

CELSISSIMO  
AC  
HAEREDITARIO  
DOMINO DOMINO  
MILOSIO PRIMO  
OBRENOVICS  
GUBERNANTI SERBIAE  
PRINCIPI,  
INS. ORD. IMPERATORIO - ROSSICI,  
SANCTAE ANNAE CLASSIS PRIMAE  
NEC NON  
CRUCIS SANCTI ANDRAEAE  
EQUITI,  
PATRONO SUO POTENTISSIMO  
D. D. D.

DEVOTISSIMUS AUCTOR.

СВЕТЛОМУ И ДЕРЖАВНОМУ  
ГОСУДАРУ ГОСУДАРУ  
МНЛОШУ ПЕРВОМУ  
ОБРЕТЕНОВИЧУ

НАСЛЕДСТВЕННОМУ СЕРБИЕ

К Н А З У

ИМПЕРАТОРСКО - РОССИЙСКАГО ОрдЕНА

СВЯТЫА АННЫ ПЕРВЫА КЛАССЫ, И

ПЕРВОЗВАННАГО АНДРЕА КРЕСТА

К А В А Л Е Р У

ПОКРОВИТЕЛЮ СВОЕМУ МНОГОМОГУЩЕМУ

П. П. П.

ВСЕПОДДАННѢЙШИИ СОЧИНТЕЛЬ.

## D e C o n i o .

§. 1. *Cicuta*, Fuchs. p. 406. — Dodon p. 461. — Lobel. Hist. p. 422. Ic. 732. Matthiol ed. Bauh. p. 772. — Ger. emac. p. 1061. — Parkins p. 933. — Zannichell. t. 284. Riv. pent. Moris. Sect. IX. t. 6. (Hall. Helv. n. 766.)

*Cicutaria vulgaris* Clus. hist. 2. p. 200. ic.

*Cicuta major* Bauh. pin. 160. *Cicutā* Bauh. hist. 3. p. 175. Tournef. instit. p. 306. Jüss. 225. *Cicuta* Rivin. pent. t. 74. Hall. helv. n. 766. Gaertn. t. 22. fig. 10. (*Cicuta maculata*) Lam. Flor. Fr. 3. p. 104. *Cicuta major* Lam. Enc. II. p. 3. Decand. Fl. fr. IV. p. 324. — *Cicuta domestica*. Moris umb. p. 18. *Cicuta terrestris* Wepfer. Bas. p. 157. *Cicuta officin. vulgaris* Hildebr.

*Conium maculatum*, seminibus striatis. Lin. Spec. I. p. 349. Jacq. Fl. austr. t. 156. Willd. spec. I. p. 1395. Schkur t. 62. — Curt. lond. I. t. 17. Smith Fl. Brit. I. p. 302. Eiusd. et Sowerb. Engl. bot. 1191. Plenck. t. 183. Bulliard herb. t. 53. Hayne getr. Darst. t. 31. Pers. Syn. I. p. 308. Marsch. Fl. Taur. Cauc. I. p. 212. Hoffm. Umb. 2. I. p. 101. t. p. f. 3. p. 210. t. 1. B. f. 13. t. 3. f. 2. M. Spr. tent. umbellif. p. 38.

*Coriandrum cicuta officinalis*, caule maculato, foetidum. Crantz. austr. p. 211.

*Coriandrum maculatum*, fructibus striatis, caule ramossissimo maculato glabro. Roth Germ. 2. p. 348.

*Conium maculatum*, seminibus striatis, involuclis umbellulae radiis multo brevioribus lanceolatis, Willd. enum. I. p. 305. R. S. S. V. VI. p. 545. n. 1. — De Candollès prod. IV. p. 242. n. 1. C. Spreng. S. V. II. p. 907. n. 1. Germanis, Gesflecker Schierling, Grosser, Gemeiner Schierling, Erdschierling, Rothgeflecker Feldschierling, Gartenschierling, Fleckenschierling, Bluthschierling, Wienerschierling, Wuthschierling, Kilpeskern, Katzenpeterlein, Wilde Petersilge, Hundspetersilie, Tollkraut, Tollkörbel, Tollkörfel, Teufelspeterlein, Vogeltoth, Würgerich, Wütherich, Ziegenkraut, Ziegendill. — Slavo-Illyriis (1), кѣкѣта. (cucuta) Russis, Boligolov. Slavis, Bolechlav. Graecis, κορυλον v. κορυλον. Gallis, La ciguë ordinaire, grande ciguë. Anglis, The com-

(1) Slavo-Illyrii sunt: Serbi, Russii, Syrmii, Slavonii, Croatiae, Dalmatae, Bosnii, Bulgari, Negromontani, Herczegi, et Albani, quorum multi adhuc habitant inter Danubium et Tibiscum usque Cumaniam, et Banatu, Hungariaque tota.

mon. hemlock the kex. Italis, La cicuta maggiore. Suecis, Flaecki ordört. Hisp. Ceguta, Belg. Dulle Keruel. Valachis,  $\kappa\epsilon\kappa\sigma\tau\alpha$  Cumanis (1) Bürök. Turcis, Baldran. Arab. Sucuran.

§. 2. Fata hujus plantae initio mundi quae fuerint, nullum eruditorum adeo sollicitum hucusque reddiderunt, solummodo Moyses Haebraeorum scriptor antiquissimus, creatas ait in genere plantas, quibus vescerentur animalia, tunc crevisse sine dubio et cicutam. Quae primum hominem somnio filii relevaverit morbo, herba, quaestioni vix unquam resolvendae, datur ansa, cum et cicuta fere maxima hominis crescat in vicinia. Aegyptios longe ante incunabula Hebraeorum cultissimos, vim cicutae jam cognitam habuisse, instar testis citare et P. Zachiam (2) possum. Hincque inter vetusta pharmaca referenda absque dubio cicuta. Nec censerem alias gentes et prius celebres in usum hanc plantam non traxisse, cum et ferorum per Russos inquisitorum Camtsadalensium antiquissimae consuetudines testentur ab immemoriali tempore cicutam, omeg dictam, contra dolores (3) lumborum et dorsi adhibitam. Sed nec pauci prosunt auctores tam cultissimae Graeciae, quam eruditissimi Latii, qui cicutae potissimum in perniciem generis humani tractae faciunt mentionem.

§. 3. Socialis vita necessitatem publicae poenae indixit, qua libertati illicitae poneretur obex, et tunc legis usu quodam affectus, publici ruinam parans, et vita privaretur minime utili. Poenam temporum vicissitudine, quam rationis usus mox iustior, mitiorque, mox crudelior, ferociorque modificare, geniusque humanitati favorabilior mitigare solebat, admodum diversam historiae cunctarum gentium omnis aevi abunde monstrant. Graeci Socratis coelanei et antiquiores aliquantum sensu valentes subtiliori, per Barbaros seducti pyratibus Archipelagi, marisque mediterranei, Germanico mox cultivandis animo, eo modo e vivis eliminare solebant cives societati, reipublicaeque noxios, quo condemnato esset facilius ac cruciatibus minus affecto moriundum, in cuius commodum selegisse cicutam, uno omnes pronunciant ore scriptores, at sensu haud convenientes, mihi que eos aptius loqui videtur, qui herbam eandem, quam Botanici conium maculatum designant nostrates, ut Steger dissertatione sua ante seculum Lipsiis edita comprobavit, fuisse asserunt, quam omnem venenatam herbam nomine conii voluisse Graecos, ut Murray Poetae sensum minus congrue tempori, genioque, qui hodie-

(1) Petri Banzani, Epitome rerum Hungaricarum Budae. Anno 1746. Index 17. pag. 162.

(2) Pauli Zachiae medici Romani Quaestiones medico-legales lib. II. pag. 138. Quaest. 48. item pag. 101. Quaest. 10.

(3) J. P. Krünitz Oekonomisch-technologische Encyclopaedie, etc. Th. 34. pag. 82.

dam Illyricis dominatur in oris, intellexisse animadverto, quanquam ipse in id consentiam, antiquitus ignotas fuisse tantas cicutae species, quae nunnisi praecessoribus nostris, in Botania magis, ac antiqui, versatis, in acceptis debere, nullus (1) priscorum scientiam investigans, dubio locum concedet. Chios ante Hippocratem cicutam ad cives molestos mor-te doloris experte puniendos adbibuisse multorum scriptorum cum Theophrasto (2) probatum prostat fide. Nec conii nomen Hippocrati ignotum. Socratem Philosophiae coelestis dignissimum patrem herba *Κωνειον* diem obvisse supremum, Plato discipulus eius refert, quod Diogenis Laërtii (3) fide comprobatur his: „*Σωκρατης δε δεθεις, μετ' ου πολλας ημερας επωε το κωνειον, πολλα καλα καγαθα διαλεχθεις, ως Πλατων εν τω Φαιδωνι φησιν ασι δε και ημων εις αυτον.*

Et Socrates, postquam in carceres deductus est, post paucos dies bibit conium, multa bona et utilia disserens, uti Plato in Phaedone dicit.“

§. 4. Themistoclem Atheniensem historici clare enunciant, venenum sponte sua sumpsisse et Conon Tiribazo captus, se probabilius peremit solus, mortem ut heros captivitati praeferens, nec aliud venenum eo tempore conio magis notum fuisse, omnes conveniunt. Agesilai Lacedaemonii in portu Menelai morbus suspectus haud negari potest, cum Rege Aegyptiorum Nectanabe ducentis viginti talentis dono, quod populo suo referret, auctus, comitantium vix non sublatus, ut grandi uterentur divitiarum pretio, dolo; at multo clarius de Phocione, supplicio urbis patriae more publice damnato, Emphyleto (4) familiarissimo in solatium, „hunc exitum plerosque claros viros habuisse Athenienses“ dicente, Plutarchus (5) loquitur. Dioscorides autem notat in suis scriptis: „*κωνειον, ρωμαιοι δε κυκουταμ καλουσι* (Conium Romani cicutam vocant)“ Nicander (6) Mitridatem cicutae assuetum gladii se peremisse, mucrone refert. C. Plinius secundus (7) herbam

(1) Andr. Murray Apparatus medicaminum Tom. I. pag. 213.

(2) Theophrastus *ισορίας σ. β. τον δε αλλον τουτα μεν δμοιοτερον τω ναρθηκν τον κωνλον εχει, οσιπερ ο μανδραγορας, και το κωνειον.* Caudem habet ferulae similem. ut mandragoras, conium.

(3) Diogenis Laërtii apophthegmata clarorum virorum, Edit. Meibm. II.

(4) Cornelius Nepos in vita excellentium Imperatorum. Edit. 4. Debreeczini 1780. pag. 103.

(5) Plutarchus *αποφθεγω Φοκιον* „ηδη δε της κυλικος αυτω προσφερομενις, ερωτηθεις ει τι λζει προς τον υιον, εγω σοι (ειπεν) ευτελλομαι και παρακαλω, μηδεν Αθηναιοις μνησι κακειν. Et dum illi poculum conii dedisset, quid vellet suo filio dici: Ego mando et rogo, ut nihil mali cogitaret Atheniensibus.

(6) Nicander de conio in suo *αλεξισαρμ. ν. 186.*

(7) C. Plinii secundi Hist. natur. Cap. 13. pag. 466.

cicutae Athenienses adhibuisse in vicem poenae mortis, eandem describendo in sua historia posteritati tradit. Galeno plurimae venenorum cognitae species, ipsum conion organismo humano non ita exitiosum, ut eo priores tradunt scriptores, exemplo vetulae Atticae usu quotidiano assuetae confirmando. Specificam competere conio virtutem quoad organa generationis Anaxylao praeunte Aretaeus (1) scriptis suis ostendit. Avicenna Arabs (2) sui temporis sapientissimus, vim medicatricem propriam cicutae, quam iurasabram campestre denominat, egregie verbis amplissimis ornat. Laureato antiqui Latii Poetae, Graecorum Homeri virtutum vestigia carminibus suis persequenti, cui et illicita scribere consuetudinis esset, Virgilio (3) haud ignotam crevisse cicutam; qua fistularum sibi affixarum in formam et meos populares coetaneos (Illyros, (4) unde lyra), sonos sibi minime ingratos edere solitos, nec raram habui ut puer occasionem experiundi, versibus decore, amoeneque sonantibus prodidit.

„ Est mihi disparibus septem compacta cicutis

„ Fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim.

Affectus diversi ut singulorum hominum, ita gentium cunctarum, populorumque omnium, turbas ac confusiones rerum intulerant seculis barbaris ita, ut percussa, percussaque nihil consilio, ratione, ordine agere potuisset erudita cohors, ecclesiastica solum iuventus amore litterarum fervebat sola, admodum restricte medicinam tractavit, hincque et plantae hujus, aut nullus, aut damnandus fuerit usus. Ut medicina omnis incrementis notabilibus aucta seculo praeterlapso, sic et cicutae auctores evigilarunt non pauci. Omnes inter medicos sedulitate ac conatu indefesso III. Liber Baro a Störk de progressu cicutae, necdum abunde perscrutatae, plurimum meruit.

§. 5. Plantam hanc non solum recentiorum Botanicorum, omnia accurate ac scrupulose examinantium, studio ac labore indefesso Equitis Illustrissimi ab Linné, aliorumque classicorum Auctorum nocturna, diurnaque manu versandis operibus praeclaris Germanorum, Anglorum ac Gallorum, eleganter conscriptam; verum et antiquorum aliquas, genio temporis,

(1) Aretaeus de morbis acutis Lib. 2. Cap. 11.

(2) Avicennae Principis ac Philosophi sapientissimi Lib. II. Tract. II. Cap. 671. pag. 384. Venetiis 1564.

(3) P. Virgilii M. Bucolica, Ecloga I. pag. 14. ver. 36. et 37. tom. I. Tyrnaviae 1755.

(4) Illyrici populos antiquissima memoria constat, Poëseos fuisse filios, idem ex hodiernis carminum auctoribus Europae: Angliae, Galliae, inprimis Germaniae patet. Illyrios, remos in plures divisos, certum est, hos inter, SERBOS tenere gloriae atavorum palmam, testante Excel. Görug, dicitur.



vicissitudinibusque variis aut permutatas aut penitus sepultas, non paucas tamen et aetatem nostram superstites legimus eiusdem plantae, definitiones. Plinius (1) nobis descripsit eam sequentibus: „Semen habet noxium; caulis autem et viridis estur (2) a plerisque et in patinis. Laevis hic et geniculatus ut calami, nigricans, altior, saepe binis cubitis, in cacuminibus ramosus; folia coriandri teneriora, gravi odoratu: semen aniso crassius: radix concava, nullius usus.“ Dioscorides (3) sequentia de conio refert: „Conion caulem emittit geniculatum, foeniculo similem, satis magnam, foliis ferulaceis instructum, sed tenuioribus, longe ac graveolentibus. Terminales illi apophyses et umbellae, flores albidii: semen aniso simile, verum candidius. Radix cava, nec profunda. Ad deleteria pertinet, frigefaciendo necans. — Maguo cum fructu collyriis anodynis admiscetur chylisma.“ — Nec Theophrasti deficiunt in definitione conii verba, qui ait, caulem *αρρηκτι* (Ferulae) similem habent, quemadmodum mandragoras, conion. Seculi unius ante curriculum clarum hujus plantae definitionem dedit Schulze (4).

(1) C. Plinius etc.

(2) Tunc Auctores minus terminologiae Botanicae gnari non distinctas habuerunt species, hinc caulem illum fuisse Chaerophyllum bulbosum, maxime conio similem plantam existimo, quam et Slavi, Carpaticos montes incolentes libenter et sapide comedunt.

(3) Dioscorides *περι ὀλης ιατρικης Α οθ*.

(4) J. E. Ferd. Schulze Toxicologia veterum plantas venenatas exhibens Theophrasti, Galeni, Dioscoridis, Plinii, aliorumque auctoritate ad deleteria venena relatas. Halae. 1738. Cap. VIII. pag. 34.

§. 6. Nec aliis leviter tractari visa est cicuta, inter copiosissimos medicos maxime nervos intendit Liber Baro de Störk Viennensis, quem alii secuti, multi alii dereliquerunt Practici. Veterum merita uberius dissertatione sua elucubrari haud neglexit Cl. Ehrhart.

Legi merentur de hocce objecto sequentes Auctores:

Ch. Helvigh de cicuta Gryph. 1708. — Steger Dissert. de cicuta Atheniensium, Lips. 1734. — J. E. Ferd. Schulze Toxicologia plantas venenatas exhibens etc. Halae 1738. Christ. Heinr. Keil Medicinisch-chemisches Handbüchlein etc. Leipzig 1748. — Ant. de Störk libellus, quo demonstratur cicutam non solum usui interno tutissime exhiberi, sed esse remedium valde utile in multis morbis. Vindob. 1760. Libell. II. quo confirmatur supplementum necessarium de cicuta ibid. 1761. Libellus, quo continuantur experimenta et observata circa nova sua medicamenta ib. 1765. — Jos. Quarin tentamen de cicuta Vindob.

1761. — J. Andrée, observations on the virtues of Homlock. Londini.  
 1761. — Ferd. Leber von der Nutzbarkeit des Schierlings in der Wund-  
 arzneykunst. Wien und Münster 1762. — J. G. Reizmann Dissert. de  
 Cicuta. Duisb. 1765. — P. S. Ehrhart de cicuta Dissert. Argent.  
 1765. — S. F. Salomon de cicutae agendi modo. Halae. L. G. le  
 Monnier ergo cancer ulceratus cicutam eludit? Paris. 1765. — P.  
 F. Hartmann observ. de cicuta etc. Helmst. 1765. — Ortogae (Casimiri  
 Gomesii) comment. de cicuta. Madrit. 1763. — Heidemann Diss. de  
 cicuta. Helmst. 1764. — I. H. Lange dubia cicutae vexata. Helmst.  
 1764. J. J. Huber de cicuta Cass. 1764. L. F. Hirschel Betrachtungen  
 über den jetzigen innerlichen Gebrauch des Merc: subl. corros. und  
 des Schierlings. Berlin 1765. — Ant. de Haen Epistola de cicuta ad  
 Tralles. Hannov. 1765. — (Hartmann) Alethophilus elucidatio neces-  
 saria epistolae Cel. Haen ad Tralles. Vindob. 1766. — Rippamonti,  
 saggio degli effetti della cicuta. Milano 1766. — J. Viventi de cicuta  
 comment. Neap. 1770. — G. Tartzeaux. epist. apologetica adversus  
 Ant. de Haen in causa de cicutae usu. Wien. 1767. — J. H. Rahn  
 über die Wirkung. des Schierlings in d. Abth. der naturf. Gesellsch. in Zü-  
 rich. Bd. II. S. 415. — Nolano comm. de cicuta. Neap. 1767. — C.  
 F. Kaltschmidt Diss. de cicuta, Jenae 1768. H. I. Collin obs. med. s.  
 annus med. III. cap. III. p. 105. sqq. — P. F. Hartmann insignis ci-  
 cutae Störkianae efficacia comprobata singulari observatione. Frankf.  
 1772. — Wilh. Butter, A treatise on the kink-cough, with an ap-  
 pendix containing an account of hemlock and its preparations. Lond.  
 1773. — Animadversions on a late treatise on the kink-cough to  
 ochich is annexed on essay on that disorder. Lond. 1774. — I. Spa-  
 lowszky Diss. de cicuta Vien. 1777. — Sprengers Kalender vom Jahre  
 1777. S. 4. — G. Armstrong, Account of the diseases mott incident  
 Mildrenfron their birth, till the age of buberty, Lond. 1777. — Chr.  
 J. Mellin Practische materia medica. Frankf. Leipz. et Kempten 1778.  
 — J. C. Greuelmann, obs. de usu cicutae. Götting. 1782. — Razoux  
 Diss. de cicuta, stramonio, hyosciamo et aconito. Nism. 1780. — Cp.  
 Fobregat Diss. medico-chirurgica sobre le virtud portentosa del Ex-  
 tracto de la cicuta. Valenc. 1786. — Greding B. 1. S. 249. — 85.  
 Conradi Soherr materia medica Austriaco-Provincialis etc. Vindob.  
 1785. — Böhmer vom Gebrauch des Schierlings, etc. — Taschenbuch  
 für Scheidekünstler 1783. S. 10. — Abhandlung von dem Keichhusten,  
 nebst einem Anhang von Schierling und dessen Zubereitung Stendal  
 1782. übersetzt aus dem Englischen von Dr. Schérf u. d. T. Tissots  
 Anleitung für den gemeinen Mann. S. 670. — Mund, Landwirthschaft-  
 liches magazin 1788. S. 10. — Mich. Schindler comm. med. sist. obs.  
 circa usum conii maculati et mali citrei in scorbuto, aliisque morbis.  
 Ulm. 1792. — J. Ch. Gázo im Journ. de med. Tom. XXIII. p. 156.  
 übers. in der Sammlung für prakt. Aerzte. B. XXII. S. 354. — Wilh.  
 Gesenius Handbuch der praktischen Heilmittellehre für angehende  
 Aerzte. Stendal 1791. — Schillers vermischte Aufsätze. Nürnberg. 1790.  
 S. 94. — Dzondi in s. Aesculap. Bd. I. S. 144 — J. Val. Nob. ab  
 Hildgbrand, Institutiones pharmacologicae sive materiae medicae Vien-  
 nae 1802. — J. S. Franks Versuch einer theoretisch-praktischen Arz-  
 neymittellehre, nach den Grundsätzen der Erregungstheorie. Wien  
 1802. — Masius in Heckers litt. Annalen. Bd. VI. S. 295. — Günther  
 in Hufelands et Osans Journ. der prakt. Heilkunde Bd. 69. Heft 5.  
 S. 107 — 111. — Conrad Moench, Systematische Lehre von den ein-  
 fachen und gebräuchlichsten Arzney-Mitteln zum Gebrauch seiner Vor-  
 lesungen. Marburg 1789. — Gmelin Abhandlung von den giftigen Ge-  
 wachsen. — Jo-Andr. Murray, Apparatus medicaminum Tom. I. p. 213.

— J. Ch. Fr. Graumüller, Handbuch der pharmaceutisch-medicinischen Botanik zum Selbstunterrichte für angehende Aerzte etc. Giesberg 1813. — Archiv der praktischen Arzneykunde Bd. I. S. 281. — Crell's Beyträge zu den Chemischen Annalen Bd. III. S. 82. — Crell's chemische Entdeckungen Th. I. S. 166. — V. Willberg, Anleitung für das Landvolk N. 26. S. 299. — Garten-Journal Bd. 1. H. I. S. 59. 40. — Strahlsunder Magazin Bd. I, H. 5. S. 433. Wasserberg, Sammlungen Th. I. S. 14. — Dietrichs Lexicon der Gärtnerey und Botanik Bd. III. S. 95. S. 264. — J. Georg Krünitz oeconomisch-technologische Encyclopaedie etc. 1826. — A. Richards medicinische Botanik, aus dem Französischen mit Zusätzen und Anmerkungen, herausgegeben von D. G. Kunze. Berlin 1826. Th. II. — Chevallier François-Fulgis Diss. sur les ciguës indigènes, considérées comme poisons et comme médicaments. Paris 1821. 4. 36. S. — Encyclopaedisches Wörterbuch der medicinischen Wissenschaften, herausgegeben v. d. Professoren d. medicinischen Facultät. Berlin 1832. T. 8. — Th. Fr. Ludw. Nees v. Esenbeck und Carl Heinr. Ebermaier, Handbuch der medicinisch-pharmaceutischen Botanik. Disseldorf. 1832. — D' Candelle, Mem. sur la Famille des Umbellifères — Whytt, on nervous Disort. p. 22. — Catakero Essays on med. subjects Introd. p. 8. seqq. Fothergill, Med. obs. et inq. T. 3. p. 400. p. 416. Lymmannus, Fortsätz. af. Prov. med. berätt. p. 266. — Hass med. Verk. tilst. p. 281. 284. p. 290. — Gmelin, allgemeine Geschichte der Gifte. Leipzig 1776. Th. I. S. 109. — 117. — Experimenta circa varia venena in vivis animalibus instituta Goet. 1753. — Experimenta quaedam circa venena Goet. 1760. — Tratinnik Archiv der Gewächskunde I. Lief. n. est. 44. Obs. bot. p. 24. Hagen. — Geigers Magazin August, Sept. 1832. — Ratier Form. pratique des hopitaox civiles de Paris 1823. — Voigtel et Kühn Mat. Med. III. p. 359. — Baldinger Magazin Bd. 5. S. 166. etc. Bd. 7. S. 36. S. 464. — Icones plantarum medicinalium, edit. 2. Nürnberg 1784. — J. Sadler Flora Comitatus Pestiensis. Pestini 1825. P. 1. — F. G. Voigtel's vollständiges System d. Arzneimittellehre. Herausgegeben von C. G. Kubn Leipz. 1817 Bd. I. p. 185. G. A. Richter. Ausführl. Arzneimittellehre. Bd. 11. Berlin 1827. et supplement — Band 1832. G. W. Schwarze. Pharmacologische Tabellen s. systemat. Arzneimittell. Leipzig 1833. Ph. T. W. Vogt. Lehrbuch der Pharmacodynam. Giessen. 1828. 11. B. S. 227. — et plures alii, praeter eos, qui sequentibus, opusculi huius parvi, connotati legi possunt et merentur, paginis, auctores.

## C o n i u m

(Pentandria Digynia L.)

(Umbelliferae Jüss.)

§. 7. *Character Genericus. Involucrum universale* 2 — 5 — phyllum, *partiale dimidiatum* 3 — phyllum: foliolis ovatis, connatis. *Flores* uniformes; aequales, fere omnes fertiles. *Calix* O, nisi margo incrassatus, undulatus. *Petala* quinque subaequalia obcordata, carinata, utrinque depressa; emarginata, apice; margineque leniter inflexa. *Lacinula* brevis ob-

tusa, carinae adpressa. *Stamina* 5. filamenta simplicia corollae longitudine. *Antherae* subrotundae, ovatae didymae. *Germen* ovatum sulcato — costatum; costis crenulatis. *Stylopodium* bipartitum conicum in *stylos* (ab initio breves) continuum erectos recurvos, margine depressum undulatum crenulatum, brevi collo interceptum. *Stigmata* incrassata obtusa. *Fructus* ovato — globosus, gibbus, costatus valleculeatusque stylopodio intercepto, margineque calycis coronatus. *Rhaphe* costata, denticulata. *Semina* ovata, basi gibba superne angustata evittata, 5 — costata; costis acutis compressis undulato — crenulatis, hinc inde subflexuosis, fere rectis, valde dissitis. *Valleculae* planiusculae commissuraque multistriatae: striis flexuosis. *Latuscula* parum contracta. *Commissura* subconvexa a costis lateralibus marginata, medio sulcata. *Spermapodium* setaceum rigidulum teretiusculum, bifidum vel bipartitum: fibrillis apice incrassatis; saepe furcatis *Spermapodophorum* circumscissum, parum incrassatum scorbiculatum.

*Character essentialis* *Involucrum* univ. 3—5 — phyllum, partial. 3 — phyllum, secundum, connatum. *Petala* subaequalia, obcordata emarginata *Lacinula* brevis obtusa. *Fructus* evittatus, ovato — globosus, costatus, valleculeatusque; *Stylopodio* intercepto margineque calycis coronatus. *Semina* ovata 5 — costata: costis undulato — crenulatis, *valleculis* *commissuraque* multi — striatis. *Spermapod.* setaceum bifidum.

*Nota* 1. Varietas Orientalis gaudet foliis laciniisque lineari — lanceolatis, obtusioribus et remotiusculis. Haec est *C. croaticum* Kit. Walld. Enum. 305. dictum. Inconveniens est differentia involucellorum umbellulas aequantium, breviora enim sunt, ut: in *C. Slavonico* et *Syrmiensi* (Willdenov nempe in Enum. p. 306. distinxit *C. maculatum* involucellis umbellulae radiis multo brevioribus lanceolatis, *C. croaticum*, (cui *Syrmiense* vix disconveniens est); vero involucellis umbellulae radiis subaequantibus linearibus). *Odor* foliorum proprius, ingratus, obstupefaciens, urinae cattorum perquam similis, qui se vel maxime prodit contrectatione digitorum aut succi expressione, ac subdulci — nauseoso aliquantulum acri sapore. *Caulis* ramorumque *maculae* in *Syrmio* Savio (1) fusco rubrae, magis diffusae, et prope paludes etiam desunt, sic et odor praecipue deflorente planta; in *Syrmio* vero *Istrio*, *Almique monte* purpureo-rubrae, distinctioresque et ramorum

(1) *Syrmium Savium*, pars inferior Pannoniae Saviae, vulgo Podluzije dictum, est regio amoenissima, in qua Plantae amoenissime crescunt ita, ut tota aestate odoribus perfusa sit planities, quae est quercubus superbe tecta ita, ut agricola fervidissimo sole ubique umbra sub densa fessus semet recreare possit, diversitas plantarum est et avium, ferrarumque quam maxima. Hic potissimum porci saginantur pro Germania.

filiformes supra incurvae ad involucria *maculae*. *Radix* fusiformis, apicis petroselini vix dissimilis, et ad spithamas, crassitiam digiti superans, proportionate elongata, externe flavescens, interne alba, carnosa, infra in ramos divisa. *Caulis*, 3—4. 5. imo et 7. pedes, non desunt *Syrmii* Individua, erectus, rore glauco tectus, cavus, sulcatus, glaber, nitidus, superne praecipue ramosissimus, foliosus. *Folia* supra decomposita, inciso-serrata, in superiori pagina glabra, nitida, in dorso profundius virentia, costis prominulis, fistulosis mediis, non sulcatis antice. *Umbellulae* et *umbellae* 12—18 radiatae. *Involucrum* universale plerumque polyphyllum (potissimum foliolis septem inaequalibus, quale ad *Uhavacz*, fontem medicatum, antifebrilem, penes Monasterium *Remetam* (1) et infra sylvam Carlovitzensem *Kuriakovacz*, supra vinearum plagam *Liplje* dictam, copiosissimum crescit) deflexum. *Involucella* 3—4—phylla, secunda. Petala cordata inflexa subaequalia albissima, floribus patentibus etc.

*Nota. 2.* Quatenus Sibirica Individua differunt a germanicis, et haec iterum ab hispanicis, neapolitanis, dalmaticis, etc. eatenus se distinguunt caucasica ab omnibus aliis: *vaginis petiolorum* amplioribus, crispioribus, foliorum laciniis angustioribus argutius incisus. *Involucrum* saepius monophyllum. *Pinnulae*; *laciniaeque* multo breviores et latiores in conio nodoso H. Paris. (Cat. Gorenk p. 46.) *Conium Croaticum* Wald. Kit. semina habet gibbosiore, albido-costata, subundulata, valleculis argute striatis; quae striae in nodoso magis oblitteratae, costis altius undulatis. Hoffm. l. c. p. 102. „In speci-  
 „minibus nostris in Croatia lectis involucella non tantum um-  
 „bellulae radios subaequantia, sed saepe longiora iisdem,  
 „lanceolata; nec subovata, ut in maculato, foliorum pinnae  
 „magis remotae, angustiores, simpliciores, dentibus magis  
 „obtusis, umbellae minores, laxiores, radiis flexuosis fere  
 „capillaribus, habitus denique totius plantae tenerior, graci-  
 „lior, laxior.“

*Conium sibiricum*. quod nos per annos decem in horto colimus, et nunc ibidem spontaneum, sex, imo octo pedes superat caule ad basin brachii fere crassitie. Huic folia, qualia Hoffmann supra in caucasico descripsit: discrimen ceteroquin nullum a nostro.

*Nota. 3.* *C. strictum* Trattinn, caulibus diffusis, ramosissimis, strictissimis, umbellis umbellulisque depauperatis proliferis, dentibus foliorum acutissimis. Trattinn. Arch. 1. n. 44. p. 24. cui caulis 2. ped., potius punctatus, quam maculatus,

(1) Remeta, monasterium antiquissimum in cuius praeculta et amoenae sita turri, est campana suavissimo sono Syrmii totius ac Slavoniae, pretiosissima et eo, quod Divi Regis Mathiae Corvini sit donum irrecensabile.

punctis purpurascensibus, lineolatis, at quod a *Conio maculato*, praeter characteres datos, foliis tenerrimis, pedicellis strictissimis, floribus minoribus candidissimis, pallore herbae sine punctulis hyalinis potissimum differt, nobis saltem ex statione inter segetes nonnisi varietas videtur.

§. 8. Conium omni sub coelo solum possidet natale. *Moyses*, dum emigrans Aegypto, suorum proavorum ob defectum annonae sedes mutantium, quod Hebraeos et tunc fuisse negotiatores, cum omne solum abunde sata reddit cultum, auspicari potest, ad mare pervenisset rubrum, omnes correptos doloribus capitis, scriptis suis tradit. *Plinius* (1) *Susis Parthorum* in *Asia*, *Creta*; *Megaram*, *Athenas* ac *Cecropiam Graeciae* crevisse ad urbes refert. *Syrmii* conio abundant *montes* ita, ut pluries opinari conquestos ibi *Kalugeros* (2), quorum aedes omnibus apertissimae ac hospitales sunt itineratoribus, vaccarum et caprarum lac suppressum. quod ibi svavissimum et coctu facillimum mulgetur, studiose habuerim. Nec catenis sylvarum sub *Almi* (3) spatiosa procumbens planities ad *Savum* usque *flumen*, *Danubii*que protensa *ripam*, penes vias, aggeres, ac fossas agrorum, ad vicos et villas, pagorumque terminos, sepes, plataeas sane et rivulos pacatos, deficit conio inculto. *Turris* ad magnam altitudinem eminens, arcis ruinas antiquae indicans, ad *Verdnik* (кeрдничка квла) obsita. *Arcis Petri* (4) *saxa*, in iugens fastigium sine mortali laboro elata, e septentrionis parte, cui violenter incumbunt venti, obiecta virent praegrandi conio maculato. *Impavida turris* (непониша квла) dicta, infra *Belgradum*, ubi *Savus Danubio* jungitur, in summo fastigio, conio superbe velata; ad eiusdem vero radicem duas orgias excedens in altum crescit *cicuta virosa*, quam propriis admiratus sum luminibus cum *Athanasio* (5), ad castellum vero PRINCIPIS SERBIAE neo aedificatum *TOPCSIDER* dictum, cum *Milutinovicis* (6) et apicem montis undique conspicui *Avala* (7) dicti. Ad arcem antiquam Slavoniae *Racsam* aggeribus in hydraulicis, quibus nimium *Syrmia* fatigatur *gens militaris*, crescere vidi copiosam. *Bosnia* sylvarum adinstar copiosum progignit, confirmante *Petro* (8) conium. In *Comitatu Batsiensi* ubique maculatum elicit terra conium; ad villas curiales *Szentenses* prope *Csantavér*, in area horrei Ill. *D. Baronis Kray Topolyae*, et neglecto horto *Iosephi Piukovits de Omorovicza* semina conii salutifera manu legi propria, adstantibus inferiorum domesticis, qui omnem renuerent officinarum medicinam. Circa hortos deliciarum causa *Demetrio Zako Bajsa* Domino cultos, *filiis* ejus (9) cultissimi *conjuge* (10) animo et stemmate praenobili, in salutem colonorum, ut mater optima, collectum praesentia mea conium crescit. *Pesthiense* (11) conio abundat solum, quo et *Budensium vinearum limites* aestate virent. *Viennae: Linczii, Cassoviae, Carolostadii* agnovi conii-

um. Nec omnis Euroqae defectum Botanici accusant, praeter Norimbergenses (12), a quod quos *rarum* colitur hortis *conium*. Kunczius (13) desertis quoque Americae totius in locis magnam soli esse benignitatem in procreando *conio maculato*, solummodo septemtrionalis *cultum* hortis producit *conium*, perhibente Voigtel (14).

- (1) C. Plinii secundi Historia mundi, denuo emendata, diligentia Sigismundi Gelenii apud inclytam Basileam. 1535. pag. 467. Cap. XIII. (2) *Calugeri* sunt *Graeci non uniti Ritus Monachi*; aut Sacerdotes *Ordinis S. Basilii*, quorum claustra remota locis impopulatis. in sylvis ac desertis sita sunt. (3) *Almus* est catena montium ad Danubium cum arcis Petrovaradinensis saxis inchoans, ad Savum protenditur fluvium et ad monasterium *Pribina Glava* usque, estque initium *Slavoniae* et *Croaciae* montium, quem *planum Syrmium* cum *Savo fluvio* a montibus *Serbiae*, qui per *Rassiam*, *Macedoniam*, *Tessaliam*, *Livadiam* ad *Archipelagum* usque excurrunt, separat. In vallibus huius montis sunt praeter pagos et 12. monasteria O. S. Basilii G. N. U. R. amoenissime sita, ita ut quondam *Arcadiae* mons, ubi Jupiter natus Romanis dicitur, et mons *Athos*, in quo SS. PP. vixerunt celebrantur. (4) *Arx Petrovaradiensis* in *Syrmio* propugnaculum fortissimum est, in quo *Slavoniam* militarem *Commandantes* resident *Generales*. (5) *Theodorovits Athanasius AA. LL. et Philosophiae Doctor*. I. R. Hungariae *Juratus Tabulae Regiae Advocatus*. *Facultatis Pestinensis membrum*, *Scholarum Nationalium in Serbia Director*, ac *Studiorum Scholae Principalis*, quae *Belgradi* restauratur. *Professor Supremus* P. O. natus *Rumae*, oppido in *Syrmio*. (6) *Simeon Milutinovics* auctor *Poëticae* *Serbiae* a *Germanis* celebratus, qui me ad *Principem invisendum* anno 1832. Mense Octobri *Belgradini existentem*, equitem duxit, qui tunc *urbis huius Politiae membrum*, postea *Colonellus* in *Negotina* denominatus existit, de quo plura in *Gerhard's Wila*, *Abth. II.* p. 268. *Leipzig* 1828. et *Conv. Lexic. Leipz.* 1833. *Bd. III.* p. 129. (7) *Mons Avala* unus ex altissimis, ita ut ex remotissimo *Banatu* et *Syrmio* videri possit, ad *fontem* in *apice* eius situm, de quo *Avus meus Joannes Mischkovics*, filius *Haereditarii Comitis Nicolai de Uzsicze* et *Karano-vacz* in *Serbia*, multa praeclara mihi qua puero narravit, *invisendum*, dum vissem, *conium* magna copia *crecens* intuebar. (8) *Petrus Marressevits* S. F. *Ordinis Presbyter*, *Provinciae Argentor.* *Bosniensis Concionator*, nunc adhuc *Viennae collectas Medicinae Lauri* servat *baccas*, natus in *Bosniae* loco *Kressevo*. (9) *Georgius Zako de Bajsa*, *Assessor* e *primariis Inclyti Comitatus Bacsiensis*, cuius filius *Stephanus*, vir eruditus, iam *index Nobilium* in eodem *Comitatu* est. (10) *Mar. Zako de Bajsa*, nata *Tököly de Kövermes* *matrona* in multis scientiis ita versata, ut erudita merito dici possit. (11) *Jos. Sadler* *Flora I.* *Comitatus Pestiensis* pag. 225. — (12) *Icones plantarum medicinalium*. Edit. II. *Norimberg.* 1784. (13) *A. Richards* *medicinische Botanik aus dem Französischen etc.* von D. G. *Kunze*. *Berlin* 1826. *Th. II.* (14) *F. G. Voigtel*, *vollständ. System der Arzneymittellehre*, herausgegeben von C. G. *Kühn*. *Leipzig* 1817. I. B. p. 183.

§. 9. *Conium maculatum* possidet ita distinctos ac sibi proprios characteres, ut nulla cum planta commutari queat. Ast omni loco, sive culto sive inculto cum crescat; non omne manu carpitur coquae iuris condimentum, quae saepe ipsa ignorat, saepe minus attendit, non Pharmacopaeus colligendi conii gratia emigrat solus, nec saepe botanicas accurate didicit magistra praxi notas; pueri non raro ac puellulae ad coemenda aut colligenda per matres laboribus gravioribus detentas, mittuntur olera, quibus saepe insufficiens in re herbaria cognitio, aut conveniens magis lusus, et distractio puerilis majoris visa momenti; in locum hortensis comestibilis plantae, arripiunt ad sepes viride conium. Haec commutatio haud infrequens pericula traxit praegrandia. Nec ita facile ut Krünitz (1) fatalem duorum Monachorum casum abnegare valeo Kirchero, quem in suo Tractatu de peste adjicit; cum ipse viderim juvenem annorum 19. conio ingesto in vesania furientem, qui, duorum emenso spatio dierum suae pristinae restitutus rationi, et nonnisi summa parentum attentione illaesus perstitit. Funesta auctorum loca innumera hic me brevitatis impedit, nec tempus, similes conio adducere plantas, ut commoda esset occasio, fuse concedit. Brevis tamen aliqua connotare esse officii duxi, calamo. Multis placuit scriptoribus, commutationi obnoxia quod sit, connotare:

*Cicuta virosa* Linn. (Blackwell T. 451. 574. 6. c. — Zorn Tab. 466. — Flor. Dan. Tab. 208. — Schkuhr Tab. 71. Herba cicutae aquat. Vepfer in hist. C. A. Basil. 1761. L. B. 1733. M. W. Schwenke Verhand. over de waare gedaante Aart en kytwerking der Cicuta aquatica. Haag. 1756. deutsch. vom grossen Wasserschierling. Münster 1776. Gmelin a. a. O. S. 575 — 591) foliis multo majoribus, longioribus, angustis, lanceolato — acuminatis, acute serrato — dentatis, partim simplicibus; partim 3 — 4.lobato divisis foliolis; Caule crassiore, albis et rubris striis notato, nodis distincto; radice crassa, cavo — cellulosa, variante. Colore lurido — albo, si inscindatur profluit succus lacteus, qui aëre mox flavescit ac demum rubescit; (eundem succum et caulis continet) Umbellulis majoribus, rotundis sine involucreo universali, odore anethi; sapore initio petroselini; dein acri (1) diverso

*Chaerophyllum sylvestre* Linn (Zorn Tab. 412. Schkuhr Tab. 73. Jacquin Fl. austr. Vol. II. Tab. 149), caule rotundo sulcato, maculis deficiente, infra hirta, supra glabro; foliis maioribus, longioribus, obscure-viridibus, raro maculatis;

(1) Publicandum der königl. Regierung zu Bomberg, die Warnung von dem Genuss des Wasserschierlings betreffend. Berl. Jahrb. der Pharm. XXXI. S. 248.



involucrorum universalium absentia; semine oblongo, obscure nitido, glabro, bipartibili, odoreque conio dissimile.

*Chaerophyllum bulbosum* Linn. (Zorn Tab. 409. Jacquin l. c. Vol. I. Tab. 63.) caule recto, ramoso, rotundo, pallide-rubro-maculato, articulato, ad nodos inter articulos tumido, ad infimos tres articulos aspero et hirtio, ut et petioli; foliis profunde viridibus, glabris; umbellis involucro universali deficientibus, involucro partiali, lanceolato-concavis, dehiscentibus foliolis, constante; semine bruneo-oblongo, medio-sphaerico, flavis striis quinque notato, cui styli reflexi insident, varii.

*Aethusa Cynapium* Linn. (Blackvell Tab. 517. Schkuhr Tab. 72. Roth. Flor. Germ. I. 130. II. 346.) caule ad 4—6 pedes erecto, ramoso, glabro, striato, hinc inde violaceo-suffuso, involucro margine membranoso, apice dentato diviso; foliis tripinatis, glabris, obscure virentibus, ad basim magis nitentibus, foliolis incis, lanceolatis, acuminatis, umbellulis planis, involucro universali deficiente, partiali, tribus, longis valde et angustis, dependentibus foliolis composito; semine rotundo, striato, odore debili, ingrato, sed distincto.

*Chaerophyllum hirsutum* et *temulum* Linn. (Jacquin Flor. Austr. Vol. I. Tab. 65.) *Oenanthe fistulosa* Linn. Flor. Dan. Tab. 546. *Oenanthe crocata* Linn. Blackw. Tab. 575. *Ligusticum Peloponense* Linn. Jacquin Tom. V. App. Tab. 13. *Apium Petroselinum* Linn. Blackw. Tab. 172. *Scandix cerefolium* Linn. Jacq. Tab. 390. Blackw. Tab. 226. *Scandix odorata* Linn. Jacq. l. c. App. Tab. 37. *Pastinaca sativa* Linn. Blackw. Tab. 319. *Phellandrium aquaticum* Linn. Blackw. Tab. 570. Schkuhr Tab. 71. etc. etc.

§. 10. Initio contenti, sola plantarum efficacia in morbis curandis, medici, omnem ferme chemiam neglexere corporum organicorum, quapropter omnis, obvelata densis ignorantiae succumbebat, tenebris, ars medica. Quamquam antiquissimis etiam auctoribus notas fuisse quasdam regni vegetabilis constitutivas particulas, negare non ausim; tamen proxime praeterlapsi primo seculi sine occupare se coeperunt in principis organicorum accurate definiendis, et haec organicorum, medicinam sic, ut diem sidus, quod astrorum tenet principatum, illuxit Chemia. Conii ut initium obscurum, ita partium constitutarum ignorantiam exstitisse, legitur usque nostra tempora, quibus non pauci operationibus chemicis operam dederunt eruditi.

Succus recente conio expressus est viridis; ab amylo soluto per laneum pannum filtratus viridem suum retinet colorem, si vero per chartam emporeticam subtiliorem transmittatur, remanet faecula viridis, sive amyllum in filtro. Ex hoc fere aquoso-limpido, aliquantulum brunei coloris filtrato succo, albumen calorigi ope separatur in statu coagulato. Huic

succo albumine et amylo libero hydrargyrum nitricum si addatur, oritur praecipitatum, quod tardius roseo-rubrum elegantem induit colorem. Solutio ferri oxydati nullum vestigium principii tanini seu scytodelphici aut acidi gallacici indicat; flavo virens color, quem ad limpitudinem aqueam ferme diluta retinet solutio, derivatur ab acido tartarico; et haec acida succus conii recens vel libere, vel calcariae iuncta tenet. — Schrader instituit analysim Berolini (1) comparativam inter hortense et incultum conium (2); Nec non carbonem (3):

Duae librae conii inculti, et horto cultivati dederunt:

<i>Extracti mucilaginosi</i>	6 dr.	30 gr.	1 Unc.	3 dr.	— Gr.
<i>Principii extractivi</i>	5	10	—	6	20
<i>Resinae</i>	—	30	—	—	40
<i>Viridis faeculae</i>	—	56	—	—	50
<i>Albuminis</i>	—	50	—	—	52

16 unciae recentis inculti conii dedere post siccationem 2 uncias, 5 drachmas et 40 grana, hortensis autem tantum 3 uncias, 54 grana (4).

Comparativa investigatio cum carbone sequens dedit resultatum:

100 partes conii — 100 partes carbonis dederunt:

<i>Principii extractivi</i>	27,	3	—	23,	4
<i>Gummosi extracti</i>	35,	2	—	28,	9
<i>Resinae</i>	1,	5	—	0,	5
<i>Albuminis</i>	3,	1	—	2,	9
<i>Faeculae viridis</i>	8,		—	6,	3

Repetita investigatione patuit in 100 partibus succi conii contineri: principii extractivi 2, 73. Gummi 3, 52. Albuminis 0, 31. Resinae 0, 15. Amyli 0, 80. partes. Reliquae autem 92, 49 partes sunt: aqua et penes, calx phosphorica, acetica, malica, aliique sales. Extractum conii incarbonatum dedit: kali carbonicum, muriaticum, sulfuricum, magnesian et calcem carbonicam ac phosphoricam; Cineres faeculae magnesian et calcem carbonicam, phosphoricam, kali carbonicum, muriaticum et sulfuricum; oxydum ferri et mangani.

1) Substantia volatilis narcotica conii, sola et sibi propria forma sisti non potest. Sub evaporatione dimittit succus

(1) Berlin Jahrb. 1805. Bd. XI. 161.

(2) Berl. Jahrb. 1805. S. 152. A. Richard's medicinische Botanik übersetzt etc. von G. Kunze Berlin 1826. S. 768.

(3) Schrader's vergleichende Untersuchung des Schierlings und des Kohls Magazin d. Gesellsch. Nat. Freunde zu Berlin 1811. pag. 363. Jahrg. V. 4. Schweiger's Journ. V. 19. — 31. Pfaff System der materia medica, nach chemischen Principien, mit Rücksicht auf die sinnlichen Merkmale und in Heil-Verhältnisse der Arzneymit. Leipzig 1818. N. B. S. 50. — 62.

(4) Berl. Jahrb. d. Pharmac. 1805.

proprium, penetrantem odorem in magno gradu, tamen Pfaffo non videtur acere et cutim adgrediens. *Aqua destillata conii* nullum vestigium sive olei aetherei, sive acidi hydrocyanici, indicat; de caetero autem specificum odorem conii et aliquid acidi acetici. Nullam venenatam possidere indolem aliquibus videtur. Schrader opinatur, *narcotico-volatile principium* viridi faeculae unitum praecipue, et comprobatur, alias substantias, conium constituentes, saltem parum de specifico conii odore possidere, eumque multo plus inesse in conio maculato omni cultura desertis locis crescenti, quam in hortis cultura producti. Huic animadversioni Pfaff tamen non assentit, imo hic in *Extracto*, quod a viridi faecula et albumine liberato succo omni cautela paravit, *specificum conii odorem* in gradu magno invenit. In hoc *principio*, quod secus reagentibus chemicis investigari nequit — illius opinione — unicum reale discrimen conium inter ac carbonem situm videtur, et recte ideo, quia *viridis faecula, albumen, extractivum, et gummosum extractum* in ambabus plantis simili modo chemice continentur; contra *odor praesens conii principium proprium* prodit, quod iam sua actione in olfactorium sensum qua narcoticum agit, ab omnibus his partibus constituentibus adhuc *diversum volatile principium* evinci posse opinatur Pfaffus. Recentiores detectiones probabile efficiunt, et in hac planta peculiare *alcalinum principium* adesse, in quo discrimen conii et carbonis fundatum est (1).

2) *Viridis faecula (s. amyllum)*. Excepto ei inhaerenti principio narcotico confirmante Schradero ab aliarum plantarum amylo minime differt.

3) *Albumen* a consueto plantarum minime variat, et considerandum ut communis succi plantarum pars constitutiva, quam plantis pluribus inesse adhuc Scheele 1780 similem nempe substantia materiae lactis caseosae adnotavit.

4) *Principium extractivum (sive saponaceum Hermbstädtii)*. Coloris est brunei, solvitur aqua et alcoholē facile, videtur gas oxygenium atmosphaerae saltem parum attrahere, specificum odorem conii habet; et aliquantulum amaricantem, nauseosum saporem. Solutio eius consuetis reagentibus non mutatur. Solutionem eius, argentum sulfuricum, baryta acetica, et plumbum aceticum, turbidam reddunt. Destillatione sicca dat *ammonium*. 1000 grana ejus dederunt cinerum

<i>kali carbonici</i>	80.
<i>magnesia carbonicae</i>	1
<i>kali sulfurici</i>	$5\frac{2}{10}$
<i>kali muriatici</i>	$\frac{5}{80\frac{2}{10}}$

*Extractivum principium carbonis* relationem eandem habet, saltem cinerem notabiliore copia reliquit.

(1) Berlin Jahrb. für die Pharmac. XXI S. 477.

*Extractum aquosum aut gummosum nihil possidet distincti.*

5) *Resina mollis*, flavo — brunea, aliquantum acris; caulis magna copia, nullius efficaciae, folia dant quantitate multo minori, sed caniculum domesticum affecerunt grana septem ita, ut somno 39. horis oppressus, qui cibum vel sumere expergefactus voluerit, jaceret, pupilla post 48. horas dilatata normalem rediit in statum, id participante mihi C. Jozzics (1) institui.

6) *Terrae, aliique sales*. Jam manifesta existunt plura salia in succo conii, nominatim *calx malica* et *phosphorica*, ut praecipitatio per plumbum aceticum, et ulterior resolutio praecipitati indicat. Si evaporetur albumine et viridi faecula liberatum *sedimentum*, uti et *Decoctum* post pressionem remanentis herbae, *pulvis* secedit *albus*, qui majori pro parte *calce tartarica* constat. In extracto haud raro *nitrum* crystallisatur, quod Machy et Ehrhart invenerunt, Baumgo vero non successit, cujus tamen quantitas pro vario collectionis tempore et loco, ubi planta crescit, variat. *Specificum, acre principium* cum *narcotico* ad minimum in herba non videtur Schwarzio solo coexistere; contra radix non erit eo libera, cum eius succus lacteus, uti in se ipso Störk (2) expertus est, omnem actionem causticae acrimoniae producit.

§. II. Bertrand (3) invenit in succo expresso: *volatile destillatione* obtinendum *oleum* notabili acrimonia et forti odore plantae; *non venenatam resinam, bruneum extractivum, gummi et albumen*. — *Praecipitatum*, quod se sub tractatione solutionis inspissati succi conii cum lixivio ammoniacali format, dat secundum Döbereimer (4) *protohydrochlorate Potassii (Chlorureto)* investigatum *magnesium phosphoricum*. Secundum Peschier (5) supra notatum *praecipitatum* constat, *calce carbonica et phosphorica et resinoso principio* saporis conii.

Decompositione praecipitati barytae *specificum acidum* (6) (*coniumsäure conicinum*) quod sex lateralibus prismatibus se offert, aethere et alcohole insolubile, et *muriates calcis* decomponit, detexisse tradit. Rud. Brandes et Peschier in conio maculato detexerunt *specificum narcoticum basicum principium* (*Coniin, Conicin vel Cicutin*). Dissolubile (7) est in aqua,

(1) Cl. Cosmas Jozzics, Regii Instituti Paedagogici Graeci non uniti Rit. Nationis Illyricae Pensionatus Professor Regius, de quo plura in Schedius Zeitschriften de Anno 1805. Pestini. (2) Liber B. Störk de cicuta libell. 1. p. 9. Paff. a. a. O. (3) Froriep's Notizen II. 22, S. 345. (4) Schweiger's Journ. d. chem. XXIV. S. 105. G. T. Fechner's Resultate der Pflanzenanalysen etc. Leipzig 1829. S. 65. Pr. Ph. Dulk Pharmacopaea Boruss. L. 1828. p. 357. (5) Rep. I. 141. II. 719. (6) Rep. I. 472. II. 667. Tromsd. N. Jour. V. I. S. 81. (7) Th. Fr. L. Nees v. Esenbeck et C. H. Ebermaier Handbuch der medicinischen Botanik nach den etc. idüsseld. 1832. pag. 28. — Rud. Brandes in Stoltze's Berl. Jahrb. XXII. I. S. 68.

alcohole et aethere, raro crystallisatum, odorem plantae in summo gradu possidet. In cubili in quo aetherea solutio *conicini* evaporat, oritur odor summe intolerabilis. Hic odor evanescit, ferme totaliter in conjunctione *principii* cum *acido*; sed iterum liberum fit, si acidum per aliam basim separetur. *Conicinum* quoque minima dosi *suntum*, uti et *vapor* agit, dilatando pupillam. Rud. Brandes (1) praeter *plura salia* vestigium *cupri* detexit. De efficaci principio conii maculati etiam A. L. Gieseke (2) momentosa experimenta communicavit, et reperit, *venenatum principium conii*, auctoris methodo paratum, *vel conicinum*, forma extracti valde *volatile* esse, et cuniculam  $\frac{1}{2}$  gr. occidit, quod, haecusque consueta methodo paratum, hanc actionem ne dosi 5. granorum produxit. Anatomica inquisitione sic occisorum animalium patuisse dicit auctor, *venenum*, uti Strichninum, praecipue in *medullam spinalem* et *cerebrum* egisse. — Geigero (3) Heidelbergensi aequè successit *conicinum* reperiisse, organismo animali *summe deleterium*, uti et lectissimus Rösler (4) commemorat. E *seminibus conii* aequè *volatile*, *narcoticum principium*, quod facile aqua, alcohole absoluto et aethere solvitur, sed *incrySTALLISABILE* et nullam kalinam proprietatem possidere, sed qua *extractiva*, *brunescens*, *hygroscopica*, valde *amara*, et aliquantulam *urentis saporis substantia*, valde gravi conii odore et summe venenatae efficaciae esse debet. Th. Schreger in Ersch's und Gruber's allgem. Encyclop. XXX S. 84i

§. 12. Priscorum ad nostram usque aetatem conservata abunde prodant, scripta, conii efficacitatem antiquissimis adhuc *Aegyptiis*, *Hebraeis*, *Graecis*, *Romanisque*, tam illustrem et ante oculos positam existisse, ut recenseri minime necessum videatur. Recentiorum opera, ac studio indefesso eius actio est accuratius definita; nec ullus absolutè innocuum organismo animali pronunciauit. Specificam possidere virtutem, praecedente L. B. a Störk, Hahnemann, Vogt, Richter, Schwarze, Voigtel; Kunze, Richard, Orfila, Ebermaier, v. Essenbeck, v. Schlechtendal, Ozan, Hufeland, Adair Gouvert, D'Outrepont, Wernery, Odier, Duncan, Pellegrini, Günther, aliique plures comprobant. Principium acre sensibus non adeo patens externis est, et tamen actio eius in plurimis morbis notabilem mutationem inducit organismo humano, maximamque vitae vegetativae inducere consuevit labem. Adgreditur systema prae-

(1) Schweigg. Jahrb. XXVIII. 105. (2) Brande's Jour. XX. 2. 1827. S. 97. Vastner's Archiv IV. 2. S. 248. Encyclopaedisches Wörterbuch d. m. W. etc. Berlin 1832. B. 8. S. 83. (3) Geiger's Magazin. Aug. Sept. 1831. (4) Christoph Rösler etc. Gemeinnützige Blätter für Belehrung etc. drei und zwanzigster Jahrgang. Erste Hälfte, Ofen 1833. Nro. XI. 7ten Februar S. 86.

cipue vasorum lymphaticorum et glandularum, quorum vegetationem in specie; resorptionem et resolutionem incitando, praevvertit. Simili percipit modo et systema dermaticum, cuius secretionem non modo accelerat, sed in specie etiam abnormem reddit. Actionem videtur primariam in systema gangliosum exerere, et hinc celeriter propagari in ipsum cerebrum, ac universam vitam animalem (sensitivam) motum et receptivitatem deprimendo, sopiendo ac imminuendo, omni reactione exaltata deficiente. Et tantum medio sensibilitatis ipsam vitam irritabilem afficit; quam obtusa fibrae irritabilis reactio, tam voluntariorum, quam involuntariorum organorum motus, hinc musculorum omnium, vasorum sanguiferorum, pulmonum offert. Hinc activitatem vasorum, irritans virtus minori in gradu multo adest, quam *opio*, *belladonae*, *aliisque*, minime autem omnem denegare audeo. Activitatem arteriosi systematis solummodo deprimendo, antagonisticè venarum circulationem accelerat ita, ut etiam in interioribus organismi partibus, turgescientiam venosam inducendo, universim praevalentem venosi sanguinis characterem, augeat. Haec universalis conii actio patet, ex diversis; fundamentalem characterem possidentibus, eo provocandis symptomatibus.

Individuis bene valentibus, moderata admodum dosi porrectum conium, generatim nulla sensibus semper offerunt notabilia phaenomena (1). Hunc *primum gradum* actionis conio assignant, (2) quo admodum lentas et stagnantes secretiones cutis externae et membranae mucosae promovet, augeatque, in systema lymphaticum et glandulosum resolvendo, uti et systema cutaneum universim agit, et accelerat progredientem metamorphosim totius compagis vegeto — animalis cum intensitate penetranti processus fluido — dynamici. At omnes hae mutationes vegetationis obtinent ita lente, ut ipse *Störk*, virtutis summae conii *praeco amplissimus*, de eo enunciaverit, *conium insensibili et lentissimo modo organismum afficere ita, ut morborum solummodo decursu cognoscantur producta symptomata. Gradus secundus* efficaciae diversa et constantia in conspectum producit phaenomena. Siccitas partium collo inhaerentium et sitis, gravedo et rigiditas linguae; constringens sensatio in faucibus conspicua sunt. Nausea porro, vom-

(1) G. A. Richter ausführliche Arzneymittel. B. II. S. 762. — G. W. Schwarze Pharmacodynam. Tabellen etc. p. 415. Pharmacodyn. Thl. — F. G. Voigtel, vollständ. System d. Arzneymittel, Herausgeb. von Kühn, B. I. p. 185. (2) Ph. T. W. Vogt, Lehrb. der Pharmacodynam. B. II. p. 227. — S. Hahnemann's reine Arzneymittel. B. IV. S. 23. — 225. ubi plures adducuntur alii. Gmelin's Geschichte d. Pflanzengifte etc. S. 591. — 619. A. Richard's Encyclop. d. med. Wissenschaft. nach d. Dictionaire de Médecine B. III. 1830. Leipz. S. 215. — I. Ch. Fr. Graumüller. Handb. d. Ph. M. W. etc. p. 395. pluresq. alii.

turritio, salivae fluxus, vel oris siccitas, et in sensibilibus, ac irritabilioribus individuis admodum frequens vomitus, abnormitatem vitae, vegetativae indicat praesentem; unde dolores ac inflatio abdominis, cardialgia, colica, rheumatismus in regione pelvis, alvi saepe obstipatio, congestiones versus caput, pectus ac abdomen; debilitas et delassatio extremitatum; pulsus tardus, magis extensus; cutis colore lurida, saepe livida, cum sudore profuso, et pruritu, vesicularum proruptio in facie instar guttae rosaceae, nec raro inflammatio erysipelacea; gravedo ac temulentia capitis, somnolentia, sensuum externorum levis obnubilatio, respiratio difficilior, metus, anxietas, tremores artuum, insequuntur. Praecipue attentionem excitant affectiones locales (topicae) abdominis graves, ut glandularum diversarum tumor, aut resorptio; abnormitas systematis nervosi, unde memoriae languor, visus hallucinationes, stupor, acapsia; anomaliae systematis vasorum sanguiferorum, inde venositatis nimium incrementum repeti sine dubio possunt. — Symptomatum intensitas ac major progressus *gradum* producit *tertium*; siccitas, tensio ac linguae rigiditas ac tumiditas auctior ac faucium scenam incipiunt. Insequuntur alimentaris canalis affectiones multo molestiores, vomitus scilicet esfrenis, praecedente ciborum nimio fastidio, evacuatio cum torminibus nimia; abdominis inflammatio periculosa. Sub oculorum scintillatione facies tumida fit et livida; venae iugulares turgent sanguine copioso; vertigo, obnubilatio periculosior, stridor dentium cum maxillae inferioris trismo, oculorum tumor caeruleus, saepe epistaxis; tremor artuum cum succussionibus, tardius rigiditas, dominio rationis minime obtemperans, convulsiones non raro insequuntur, quae ad gradum altiore[m] elatae in opisthotomum transeunt. Pectus angustius redditum, respiratio laboriosa et difficilis, anxietas summa, sermo molestus, haesitans, impeditus ac tandem subsistens-aphonia, deglutitio, sub spasmis colli et faucium, impossibilis; pulsus arteriarum admodum debilis, ad 30. per minutum dehiscens, in extremitatibus evanescens, quae frigoris sensum tactui exhibent; Saepe praecedunt anomaliae organorum uropoëticorum, dysuria, stranguria, ischuria; urinae fluxus aegro inscio, minctus cruentus, aut seroso-acris; nisus saepe in venerem insatiabilis (nymphomania) fluor albus sexus sequioris et menstrua suppressa, ructus putridi, foetidi, lypothimiae frequentes cum deliriis, paralysis in abdomine initium sumentes, in extremitates, pectus propagatae respirationem sensim supprimunt, circulus sanguinis subsistens vitam claudit.

Sectione cadaverum pathologica patuit, plethoram, nimiam ad interiores partes, in cerebri-vasa, venam portae praepimis et hepar, huius nimium incrementum, bilisque nigra effusa in vesica fellea, venarum pectoris, pulmonumque sub-

stantia stridens cum lividis maculis, tubus alimentaris nullas affectiones momentosas exhibuit, excepta ventriculi et intestini recti eaque exigua Diagnosi. Orfila (1) experimentis reperit: 1) Folia conii recentia, certo anni tempore efficacem et admodum deleterium succum possidere, et radicis eodem tempore minus venenatum. 2) Evaporatione in balneo mariae obtentum extractum succi recentis maximam efficaciam plantae habere, minus aut nullam coctione pulveris siccati in aqua, et decocti in altiori temperatura evaporatione obtenti extracti. 3) Haec diversa praeparata maioris esse potentiae, si venis iugularibus iniiciantur, quam si cellulosae membranae applicentur, et in hanc multo deleterius, quam ventriculo ingesta, agunt. 4) Absorptione vasorum circulationis nervosum systema et praecipue cerebrale afficere. 5) Localem irritationem producere, quae maiorem inflammationem provocat.

§. 13. Systema cutaneum esse organorum et vasorum involucrum, consensus intimus, qui viget, abunde monstrat. Nec venenorum, in cutis externae, tubum, in alimentarem, propagine, actio sola est, sed cuncta organismi animalis vasa esse recipiendis impressionibus ac mutatioidibus idonea, pro ratione nervorum quae variant. Sic deleterius vasis sanguiferis magis, quam canali ciborum, huic demum citius, quam cuti externae communicatur effectus, Cel. Magendie et Orfilae evictum satis possidemus experimentis. Nec supervacaneum esse, opusculo huic et conii in cutim humanam, actionem, brevibus adiacere, censui, cum multi casus deleterii, saluti insidiantur humanae, per vastum terrarum orbem, quin ingestum fuisset conium, occurrant. Exposita prius, in ventriculum illati, actione et phaenomenis minime differente, aliqua maioris claritatis causa, referre, e re erit. Volatile principium, odore minime amoeno; plantae huic esse proprium dubio nulatenus obvelari potest, quod et praeparato recentissime per Geigerum nobis communicato ansam dedisse clarissime Cell. v. Schlechtendal (2) Berolinensis, enunciat. Hoc Principium diverso anni tempore ac aetate plantae varia, admodum differre plures cum Orfila comprobarunt. Volatile, vaporibus exhalatis contentum, hoc principium, in organismum agens, producit: temulentiam, vertiginem, propensionem magnam in somnum insuperabilem, sensum obtusum, actione in systema nerveum, oculorum, auditus, olfactus, et tactus, nec non internum; animae facultatum usum admodum depressum ita, ut memoria sit languida, defatigatio magna et constans, rerum oblivio circumscitarum; non raro deliquium animi, dolores capitis, anxietatem summam, deliria momentanea; nauseam, intensius agente hoc principio in

(1) Orfila Toxicologie. Übers. v. Kühn 1830. III. S. 309 — 322.

(2) Encyclopaedisches Wörterbuch der medicinischen Wissensch. etc. zu Berlin VIII. Bd. 1832. p. c.



ipsum tubam alimentarem, vomituritionem, vomitum, tormina, enteralgiam, diarrhoeam profusam, quae phaenomena et nervorum facile producit affectio; porro organorum uropoëticorum varias anomalias, dysuriam, stranguriam, ischuriam, mictum cruentum; ipsamque inflammationem ventriculi, aliorumque organorum abdominis; pluribus tamen organa pectoris nullam sequi affectionem visa. Sanguifero systemati non levia parat pericula, in quo pulsus evadunt-debiliores, ob venarum relaxationem, caeruleus inducitur color cuti ita, ut postremo livida in conspectum veniat; oculi tumidi, obscuri et languidi sunt; congestiones versus caput, pectus, unde respiratio segnis et suppressa saepe, abdominisque viscera cuncta et sub pluribus adhuc aliis phaenomenis mors appoplectica subsequitur. Neque facile dubio haec signa obvelata, scrupulosus plantae huius investigator habebit; si perpendere voluerit, sub florum evolutione intolerabilem evolvi odorem ita, ut ipse puer, lusu distractus, inter caules conii virides latitans corruerim, et nisi per alios sollicitos extractus fuissem socios, vix calamo huic esset scribendi occasio. Porro caprae florentem herbam porrexi, quae velut hostem, secus cicurata fugiens, praecipit in rivum profundum acta est, in monasterii Beschenovo (ubi aliquorum familiae meae (Raschkovics) recondita sepulchris divisae iacent corpora exanimia) vicinia, ut sinistram fregerit sibi cornu. Ovium grex penes prunetum nostrum in campo Tiliarum (АИНАК) una ad prata Remetensia (monasterii Carlovicchio vicinissimi) propulsus, conii odore in furorem est adeo actus, ut pastorum trium celeri cursu vix media potuerit colligi die. Nec fabulosa omni ex parte videtur pugna celebris ad Badovincze (1) de Turcis relata. Et comparatione rite formata dubitari nequit, nam uti III. Linneo Imperator Henricus IV. et

(1) Dum Serbiae seditione orta bellum continuaretur etiam anno 1805. pugna est inita ad Badovincze, loco a flumine Drina, quod inter Bosniam et Serbiam limitem ponit, haud remoto; hic Turcae, ut Serborum copias funderent inopinate, in loco conio maculato copiosissime obsito, plurimi sub umbellis plantae huius floridis ibi vivacissime crescentis, absconditi, qui proelium inchoarent; alii in proxima ulterius sita silvula, ab adversis copiis invisit latitabant; dum advolarent celeres SERBI, litubantes et armis deiectis multis somno captos Turcas, vestes etiam exuentes suas, devicerunt manu haud adstricta; hac scena in sylva haerentes territi Turcae multo copiosiores fugam capientes, prehensi, ad interuentionem caesi sunt, in huius victoriae famam omnes Serbi fistulas, ut Romanorum Virgilius superius citato loco canit, insilabant laeti; quorum exemplum et Bosniae Christiani secuti sunt, in quibus locis (Amailie, Popovi, Trnyaci, Krivaczi, Bresticzi, velino Szelo, Brodacz, Batkovicz, Obarszka velika, Obarszka mala, Czernyanovo, Bielyina etc.) innocentissimi multi incolae puniti et ipsa morte ob has fistulas (ifulicza dictas), multi Senatus Serbiae affectantes patrocinium loca natalia dereliquerunt, et ideo ibi pagi et alia loca admodum viles habent domos.

**Dux Sabaudiae** odore manicarum venenatarum, Plinio, Antonius floribus venenatis per Cleopatram capiti serti instar impositis, mortui sint; ita mihi experta absolute negari nequeunt. Symptomata supra enumerata producuntur a herba in loco angusto et diu servata; quae saepe vim post plures dies exerit deleteriam, ut oeconomis, glires post octiduum primo conii odore exitiali necari, Syrmii pridem notum est.

§. 14. Santum alimentorum in vicem conium maculatum non nisi errore, magno exstitisse damno copiosissimi loquantur scriptores. Eo tamen non obstante, omnis in oeconomia hominum usus, denegari non potest, Plinio sic notante. Formicae saepe frugibus in alimenta varia commutandis, insidias parantes, ab oeconomis sedulis, radice ac herba tota necantur sic: quantitas certa radicis et herbae conii maculati coquitur eadem ferme cum copia tritici per mediam horam, cocta exenta, chartae involuta formicis veneno est. Murem nocturno praesertim tempore, in meo nunc, quod incolo, cubili molestum, foramini muri probabilius per illum facto, herbam cicutae recentem intrudendo, pepuli teste Josepho Rebrits, an vivat? aut aliam sibi selegerit inhabitati aedificii partem, aut suffocatus sit? inquirere nulla ratione possum. Mulfi dicunt, tam mures, quam rattos frumentariis praesertim valde noxios, si recens herba conii foveis intrudatur eorum, per octiduum a nimio exitiali odore, necari. Equis, aliisque animalibus domesticis venenum esse conium maculatum in opere suo Professor Buchmüller (1) clavissime refert. Capras hanc plantam comedere cum Jacobo (2) vidi anno 1829. in monte Banstol (3) autumnii tempore. Nec desunt relationes conii ab hominibus etiam absque detrimento absumti, quas mihi citandi nec est tempus.

§. 15. Quibus adhibetur conium in morbis, morbi que gradu infra ex adducenda Therapia patebit; hic sola momenta, sub quibus periculo esset exhibere herbam aut eius praeparata, brevissime enumerare non intermittam. Noxium effectum exerere, videtur in inflammationibus activis, synocha ar-

(1) A. L. Buchmüller Systematisches Handbuch der Arzneimittellehre für Thierärzte und Oekonomen. Wien 1829. S. 112.

(2) Jacobus Zsivanovics A.A. LL. et Philosophiae Doctor, in Gymnasio Carloviczensi Professor, Theologus insignis; nunc D.D. J.J. Celsissimorum Principum Serbiae Mentor.

(3) Banstol, (stol pana, sedes Domini) mons ad Carlovitziam, ubi natus sum, per quem publica via versus Belgradum est; simulque pessima, cuius fundus itineratoribus admodum asper; nomen mihi videtur esse montis a Residentia Dragutini, qui antea Serbiae Rex, crure fracto, Banus aut Dominus Syrmii et Banatus, cui Milutinus frater in Regio throno successit, ut Historiae Serborum celeberrimus Scriptor JOANNES RAICS, Archimandrita Monasterii Kovil meritisissimus refert; hic mons praeter vinum, quod procreat, celebre, pascuis exundante Danubio, pro vaccis aliisque pecoribus summe utilis.

teriali, gastricis affectionibus, statu cachectico, nimia debilitate nervosa, febris lenta, larvata, omnibusque morbis, qui cum dispendio materiae plasticae incedunt; nam in systema nervorum agendo, ope consensus cerebrum et reliqua organa nimium afficit, materiae organicae impedit elaborationem, nec absque fundamento sine necessitate exhibere foeminis praecipiant multi; cum et Cel. D'Outrepont (1) observaverit, non tantum secretionem lactis imminui, verum etiam penitus supprimi ita, ut lactationis in perpetuum aboliri viderit negotium, matresque sibi carissimas, nutrire nescias ne videret proles, ab atrophia, usu scilicet hujus plantae producenda. In genere aliis in morbis adhiberi posse Mönch, Mellin, Collin, Richter, Vogt, Voigtel, Kopp, Dzondi, multi-que alii recentissimi Practici in usum trahi, donec narcoseos proxime ingruentis in conspectum prodire observentur phaenomena, superiori paragrapho exposita. Nec injuste Cullen monet, ut ultra 20. gr. non augetur dosis, cum potissimum causa sit praeparati, aut modus parandi, aut conservandi, aut colligendi cautela. Kühn (2) ingeniose profert, si 10. gr. usus nullam intulit organismo pathologico mutationem, absque fructu ne augetur quantitas medicamenti. Et in omnibus morbis cum materiae organicae formativi nisus excessu iuste adhiberi Hahnemann, Schwarze, aliique commendant, cujus uberius cautela et indicatio sequentibus melius enodatur, notatur pagellis.

§. 16. Therapeuticus usus conii ab antiquissimis temporibus viguit. Athenienses videbantur *succo eius* usi, quod Kunze cum Richardio extra dubium locat, et Hippocratis asseclae utebantur potione eius ad fluxum lochiorum promovendum, externe contra hysterica mala, fluxus spasmodicos uteri. Fontana seculo 17. herbam conii somnum attulisse foeminae observavit, quae papavere frustra diu usa fuit. Quanquam per multa restant antiquorum scripta, quorum merita Viventius clare descripsit, tamen empyria in usum trahebatur rudi; si saepe magna dosi adhibitum nullam exeruit efficaciam, in parandi modo aut erronea conii collectione errorem latuisse Richter, Hahnemannus, Nees v. Esenhekus, Voigtius, Voigtelus, Orfila, aliique quam plurimi scribunt. Referri posse ad efficacissima medicamina, incertum esse nequit, quod recentiores practici cum assensu confirmant; dum longiori tempore neglectus usus fuerit.

Cum in anomalas metamorphoses, in vasis lymphaticis, glandulis ac cute universa, cum materia plastica praevalet, fundatas, lenissime resolvendo, irritabilitatem exaltatam, spasticam tensionem systematis nervorum ac vasorum componendo, agat,

(1) Gemeins. Deutsche Zeitschrift f. Geburtsh. B. 1. 1829. S. 19. ←

(2) F. G. Voigtel vollständ. Syst. d. Arzneymitt. etc. I. c.

cunctis merito praeferrī meretur. Secundum Cel. Lentin (1) in quibusdam casibus indicatum quidem nullius efficaciae visum conium, donec aliquo tempore praevis mercurialia applicuisset. Etiam qua antispasmodicum dolorem leniens, depressam venositatem excitans remedium, in sensibilitatis ac irritabilitatis morbosae, antiquioribus temporibus ferme nunquam, recentiori vero cum magno emolumento, affectionibus, laudibus celebratum summis existit conium maculatum. Singulas affectiones, usum conii cum utilitate adhibitum medicis, indicantes, paucis adumbrare officii esse duxi pagellis, quarum sunt:

1) *Glandularum tumores ac indurationes.* In his affectionibus plurimum cum effectu desideratissimo in solatium infirmorum ac Medicorum fuit a longo satis tempore adhibitum, ita ut jam initio seculi 17-mi Paulus Reneaume interno conii usui indulserit, et in omnis generis glandularum (2) tumoribus feliciter adhibitum fuerit, uti: in tumen- tibus glandulis colli, (3) post aures, mammarum (4) Deglutitionem impediens glandularum (5) in indurationibus strumosis (6), indurationibus ac tumoribus prope Cardiam (7) glandularum abdominalium (8), glandulae prostatae (9) etc. Singulare levamen solet ferre violentia externa productis glandularum tumoribus ac indurationibus (10) etc. Si Diathesis (11) serophulosa glandularum indurationi favet, vel vero indoles rheumatica, arthritica aut herpetica influxum suum exerit, sive per lymphaticorum vasorum stases, stagnatione materiae plasticæ inductas, cum statu in irritabilitatem ac sensibilitatem morbozo junctas ortae fuerint, magnae laudatur virtutis conium. Laudatur in tuberculis pulmonum, ubi nullus metus tuberculorum inflammationis, ut et aliis solventibus, subversatur, a Cl. Paris, extractum conii, cui summam fiduciam concedit; sopit enim irritabilitatem hujus organi, omni alio medicamine, melius, sed auctor hic et doseos quantitatem laudat consueto majorem (12). Tartreux (Epist. Apol.) dicit vomicam pulm. ruptam et consolidatam extracto, juvante emplastro. Fothergill, aequè vomicam pulmonis, eiusque exulcerationem sanasse, dicit. Richter commendat extracti scrupulos 2. cum duobus granis Merc. sublimati corrosivi, mane et vesperi, et 9. unc. Decocti chinae, ex uncia 1. ad libr. 1. colaturae quotidie, et spatio 9. mensium tuberculorum subsecutam dicit resolutionem (13). In tussi spasmodica (14) post morbillos cum raucedine molesta, quae potissimum a parvis pulmonum tuberculis et glandulis induratis enascitur, at saepissime phtysi terminatur, praecipit Richter (15) ter de die pulverem ex 8. gr. extracti conii, tantum et sulfuris, 2. grana hyoscyami et 12. sacchari albi exhibere. Phthisim pulmonum cum diatesi serophulosa incedentem adhibito conio saepe Adair (16) sustulit, quam et Murray feliciter sanatam

refert (17) Post Störkium saepe in scirrho cum emolumento utebantur medici conii praeparatis (18), praecipue incipiente, ubi nempe adhuc induratio exigua percipitur, incrementum valde tardum, dolores vix sensibiles, inaequalitas exigua, et color minime suspectus, nec in vicinia vasa varicosa, glandulae tumentes, observantur, et praesertim si violentiae originem externae debet, resolutionem indurationis, suppurationem praecavendo perniciosam, promovendo. Et ubi diathesis huic malo favens universalis est, ubi nempe incipit cum induratione notabili, incremento celeriori, doloribus vix perferendis, tumore immani protuberante, colore suspecto, aliisque notis, indolem perniciosam eius indicantibus, et veram pseudoorganisationem producentibus, ibi nec conium, nec aliud, etiam ferre valet medelam, remedium, quod saepe nec rite paratum aut conservatum, nec cautela necessaria collectum esse multi auctores opinantur, et hinc enatum censerem, ut Störkio, Quarin, Hartmann aliisque summae efficaciae prope divinae (19) fuisset; aliis ut Haen, André, Haas, Obernterfer etc. inefficax et plane noxium (20) videretur. Causam quoque diversarum opinionum censet Richter (21) in conceptu veri scirrhi latere. Extirpationem scirrhi hinc inde indurata tubercula si excipiant, hoc remedio resolutionem promoveri plurimi asserunt. Scirrhum uteri perfecte evolutum conio haud sanabilem notat Richter l.c. Brillonet (22) refert casum, in quo secundum Störkii praescriptionem conii extracto uteri scirrhum cum haemorrhagia continua incedentem, Wenzel (23) in scipdentibus uteri doloribus, periodice in intimo sinu recurrentibus; interno usu nullum potuit ferre levamen, quod injectionibus tamen attulit. Major spes efficaciae conceditur in simplici uteri tumore. Sic Recamier (24) talem uteri tumorem conio cum diaeta strenui sanavit. Wernery (25) nunciat, in Varschoviae Nosocomio Lazari Lessellum in tribus foeminis, quae uteri cancro aegrotabant, perfectam sanationem, diaeta congrua et conii extracto ad Unc. 2. procurasse. Hoc exemplo Cell. Spegg (26) ductus, duos casus, quorum unus extracto perfecte sanatus, alter sanationi proximus, meminit. In utroque casu praeter usum internum, ob haemorrhagiam frequentem et effluxum notabilem foetentis et ichorosi puris et externus infuso in auxilium vocari debuit. Sub vehementi haemorrhagia, decocto radicis ratannhae, uncia  $\frac{1}{2}$  digitalis et drachmae 6. conii, per mediam horam infusae, initio hujus infusi omni  $\frac{1}{2}$  hora, tardius secunda, medium colosseae injiciebatur, et dein eodem liquido spongiae frustum madefactae imponebatur. Haemorrhagia cessante, effluxus puris si inchoavit, concentratae conii infusioni refrigeratae addita fuit aqua calcis et quotidie quater  $\frac{1}{2}$  syringa injecta fuit, et iterum hoc liquore spongia madida vaginae uteri fuit imposita. Investigationi sollicitae praesentia ulcerum in uteri latere po-

steriori indubia erat, et 6. drachmis extracti consumtis portio vaginalis in tota peripheria tumida, scirrhusa loca autem planiora, sed magis dolentia, et imminuta tangebantur. Pus non fundebatur adeo foetidum et ichorosum, et rarissime haemorrhagia observabatur. Consumtis autem 12. drachmis investigatione neque induratio, neque exulceratio praesens erat, sed tantum callositas ulcerum. Dum denuo quatuor drachmas consumeret remedii, uterus statum plenae integritatis recuperavit, ita ut post triennium et menstruatio normalis vegeta sanitate in conspectum venerit, ternis vicibus remedium comparentibus symptomatibus enteralgiae, doloris ventriculi prementis, seponi debuerit. Optime ferebatur remedium, si forma mixturae, 4 scrup. ad drachm. 2. extracti conii in 3 aut 4 unciis aquae foeniculi addita uncia dimidia syrupi diacodii, soluti, exhibitum esset, ex hoc initio porrigebantur quotidie 6. cochl. coffeacea, dosi semper aucta, donec narcoseos molimina proxima visa fuissent, et tunc 24 horis seposito remedio quieti erat patiens.

Günther (27) refert casum memorabilem ulcerum cancrorum portiois uteri vaginalis, balneis conii sanatorum. Avicenna mammarum tumores adhuc resolvit, lactisque effluxum nimii impedire docuit conio. Whyt in tumore mammae sinistrae amplo et glandulis cervicalibus induratis (ou nervous Disort. p. 22.); Lymanus in tumoribus ac scirrhis mammarum (Fortsättn of Prov. med. herätt. p. 266); cum utilitate adhibuerunt maxima. Bruckmann (28) tamen reperit in mammarum scirrhis nullius efficaciae. In morbis enumeratis succus recenter expressus vel extractum conii exhiberi, initio dosi parva, sensim moderate aucta, in fine et magna, donec narcoseos comparerent phaenomena, cum Richter (29), potest. Si vero, caeteris circumstantiis utcumque faventibus, inveteratae indurationes aliquantulum intumescant et doleant, remedii usum non interdicit, sed signo sunt, resolutionem subsequendam, teste Callen. Rust gloriatur, se  $\frac{1}{2}$  unc. extracti conii, 2 drachm. extracti hyoscyami et  $\frac{1}{2}$  drachm. opii, in tuberculis mammarum scirrhosis ac dolentibus, cum utilitate adhibuisse. Richter scyrrhum dicit mammae externa violentia productum spatio sex hebdomadam senatum sequenti modo: Rp. Saponis hisp. unc. semis. G. ammoniaci Extracti cicutae aa. drachm. II. sulph. aurat. antim. dr. 1. f. c. Tinc. Rhei pil. gr. II. S. mane et vesperi 8. pil. sumantur. Intra 8. dies ad 20. pil. dosis aucta; et inter 14. dies dolores dissipati sunt, tumor non increvit, et loco mobilis evasit. Tandem curam, quotidie 8. pil. usque 14. aucto numero ternis sumtae vicibus, absolverunt, sequenti praescriptae modo: Recip. G. Guaiaci, G. ammoniaci, Extracti cicutae, Fol. cicutae aa. drachm. II. Resinae Jalap. dr. dimidiam. Sulph. aurat. antim. drach. I. M. f. c. mucil. G. arabici pil. gr. II. (30). Notabile etiam suf-

ferri spasmis praesentibus asthma (31) exstant observata. Le Comte (32) resolvit mammae scirrhum conii extracto, ubi simul asthmatica deleta maiori pro parte fuerunt symptomata notabilia. Quatuor enim annorum spatio adhibitum fuit remedium ita; ut vesperi semper aucta porrigeretur dosi ad 40. grana usque. Dum 120—140 grana uno ingereret aeger haustu, vehementi correptus fuit narcosi; ultimis duobus et medio anno 19,000 gran. consumsit. Nec mihi abiiciendum ita facile, ut aliquibus visum fuit, conium, quod in casu defectum medicinae indigitante adhibitum non raro fuit medelae insignis (33). Saepe externo usu internus adiuvari debet, qui maioris quibusdam videtur virtutis. Laudatur in indurationibus, tumoribus glandularum, tuberculis variis, scirrho, ulceribus inveteratis malignis (34). Adhibetur his in casibus emplastrum conii, recens succus, decoctum, folia recenter contusa. Extractum, vel totam herbam contusam calefactam, vel siccam cataplasmatismis adinstar, hoc modo in induratis tumoribus, inflammationibus asthenicis, ulceribus, scabie pertinacissima cum summo emolumento adhibuit Gessner (35). Pellegrini (36) recentissime commendat folia conii maculati qua efficacissimum remedium contra scabiem sequenti ratione adhibenda: contusorum foliorum in mortario lapideo succo expresso scabiosam superficiem cutis 5—6 quotidie lavit, quo malum celerrime sublatur; nec illi desunt casus sanatae scabiei foliis pulveratis, extracto; mihiq; fortunae, decocto foliorum conii sanare scabiem, spatio septimanae unius, per medicos Theresiopolitanos diu curatam, Rogljaticae in Allodio (Comitatus Bács.), in juvene satis robusto, obtigit, mense Augusti 1831. Iustamond (37) balneis dolores exulceratorum cancerorum, herba recentē conii confectis, mitigavit. Cel. Hahnemann (38) cautissime medicamentorum invigilans effectibus, induratis glandulis, extractum conii esse tanquam specificum et summae virtutis opponendum. Jördens (39) tubercula inchoantia mammaram lactea (mastodynia lactea) contusa herba conii ad 3—4. linearum crassitiam apposita resolvit celerrime. Laubender (40) inveteratam mastodyniam lacteam emplastro conii, cui inspersit salem ammoniacum, sustulit. Supra memoratus Cel. Benedict (41) specificam virtutem expertus conii in glandulis mammaram, quarum tubercula inveterata in gradu notabili resolvit; commendatque individuis vegetis et bene nutritis quotidie his unius vel duorum gran. pilulam e conii extracto et pulvere addito confectam, cum grano dimidio calomelis ita, ut omni tertia die uno grano conii augetur dosis, non autem calomelis; utilem dicit et inunctionem glandularum ope unguenti mercurialis aliquoties de die perficere. Cum dolore pungente momentaneo in regione tuberculorum, comparere emendationem cum certitudine assecurat, quae congrua diaeta, motu idoneo, distractione, aura in libera atque aliis roborantibus

et volatiliter stimulantibus remediis adjuvatur. Si calomel vel minimè glandulas salivales irriteret, seponi debet; aut si inflammatio exoriatur, et hinc suppuratio, quod Cl. Benedicto non successit, et conii intermitti debet usus. Richter frequenter adhibuit tam solum, quam junctum belladonae, assae foetidae, praeparatis antimonialibus ac mercurialibus, praecipue mercurio dulci, conium; herpes varios sanari dicunt auctores; ipse herpelem simplicem furfuraceum recenti conii succo sustuli in individuo, satis debili, annos septem nato. Stelwagen (42) quoque in nomate usum externum cum Hahnemanno (43), extractum conii omnium praeparatorum in locum apprimere volente, utile confirmat experimentis multiplicibus remedium. Cel. Gudet extractum conii ut efficacissimum remedium commendat ad lac supprimendum.

- (1) Lentin Beyträge z. ausüb. Arzneyw. B. I. S. 310. (2) Gazo l. c. Hufeland's Annal. der Franz. A.W.B. 1. S.10. (3) Schenkbecker S. VI. 44. (4) Gazo S. 336. Waton Journ. de Med. 1790. Juin. — Hufeland's Annal. I. c. S. 68. — Zeitschr. für Geburtsh. von Mende. I. 1829. G. W. Schwarze Pharmacod. S. 415. — G. A. Richter ausf. Arzneymittel. II. Bd. S. 764. (5) Bleuland, de difficili aut impedita alimentorum depulsione L. B. 1780. — (6) Dunkler in der Samml. für prakt. Aerzte B. VII. S. 589. (7) Gazo S. 334. (8) Gazo S. 336. (9) Suediaur's vollst. Abb. über die Zufälle, Wirkungen, Natur und Behandlung d. syph. Krankh. übers. von Fr. W. von Hoven Ludvigsb. 1799, Th. I. Cap. IV. (10) Hahnemann in Cullen's A. M. L. B. II. S. 500. Anmerk. Rosenstein's Kinderkr. S. 764. Anmerk. (11) Ruty med. obs. and. inq. Vol. III. p. 229. Bierchen von den wahren Kennzeichen, der Krebschäden S. 10. — Cullen l. c. S. 300. Hufeland in Journ. der pract. H. K. B. IX. St. III. S. 86. — (12) Froriep's Notizen Bd. XIV. S. 335. (13) Baumes v. d. Lungensucht A. d. Franc. Bd. I. S. 223. (14) Hufeland in Journ. der pract. H. K. B. IX. St. 3. S. 87. Butter treatise of the kinkcough. Ediub. 1773. übers. von Schërf. Stendal. 1782, — Armstrong in der Sammlung für praktische Aerzte B. IV. S. 109. sqq. Buchhave ebend. B. XIV. S. 618. Lentin memorab. circa aërem et morb. Clausthaliensium p. 79. (15) Richter spec. Ther. Bd. 2. S. 408. (16) Medic. Comment. bei Duncan. Dec. 2. Vol. VII. p. 473. Samml. B. XV. S. 562. (17) Murray Appar. med. Vol. I. p. 466. — (18) Detmar in Todes chir. med. Bibl. Bd. 3. St. 1. S. 182. Richters chir. Bibl. Bd. 6. S. 96. — (19) Störk l. c. — Fordyce Fragmenta p. 17. — (20) Kaltschmidt l. c. — Schmuckers chir. Wahrn. B. II. S. 133. sqq. — I. Andree obs. upon a treatise on the virtues of Hemlock in the cara of cancers written by Störk, L. 1761. Bierchen. Abh. v. d. wahr. Kennzeich. d. Krebsgeschw. etc. A. d. Schwed. S. 86. — Camper in der Samml. ausérl. Abh. z. Gebrauch für prakt. Aerzte Bd. II. S. 133. — item Bd. XI. S. 514. — (21) G. A. Richter specielle Arzneymittel. B. II. S. 765. — (22) Journ. d. Med. de Chir. et Pharm. Tom. XVII. Févr 1810. — (23) Carl Wenzel, über d. Krankh. des Uterus 1816. — (24) Gazette de Santé etc. redigé per Montegre 1825. Nro. 42. — (25) Friedreich: Jahrb. d. phil. med. Gesellsch. zu Würzburg. B. I. H. 2. S. 177. — (26) Fried-



vichs Jahrb. etc. H. 5. S. 261. — (27) Hufeland Journ. B. 69. H. 6. S. 107. — (28) Horn's Archiv. 1812. B. I. S. 505. — (29) G. A. Richter's Sp. Arzneymitt. p. 766. — (30) Bernstein's prakt. Handb. f. Wundärzte Bd. 4. S. 28. 5-te Auflage. — (31) LeComte Journ. d. Méd. 1789. Fevr. Hufeland's Annal. B. I. S. 5. — (32) Phys. med. Journ. Aug. 1800. S. 612. — (33) Froriep. Not. B. 20. S. 192. — (34) Fothergill med. obs. aud. inq. vol. III. p. 400. Akenside Medic. Transact. Vol. I. p. 79. seqq. — (35) Abh. von der Nutzbarkeit des Schierlings in der Wundarzneykunst. Wién 1762. — (36) Gessner's Beobachtungen S. 204. seqq. — (37) An account of the method. pursued in the treatm. of cancerous and scirrhous disorders. Lond. 1780. Samml. für prakt. Aerzte B. XII. S. 405 — 421. seqq. — (38) Anleit. alte Schäden u. faule Geschwüre zu heilen. Bd. I. Leipzig 1785. — (39) Allgem. med. Annal. 1802. Correspondenzbl. S. 27. — (40) Allgem. med. Annal. 1803. Correspondenzbl. S. 79. — (41) Bemerk. über d. Krankh. der Brust etc. — und Achseldrüse. 1825. S. 16. — (42) Samml. für prakt. Aerzte B. IX. S. 412. seqq. (43) in seiner übers. von Cullen's A. M. L. Bd. II. S. 501. Anmerk. — (44) Journ. de Med. Vol. XII. Juill.

§. 17. 2) *Morbi scrophulosi seu Cacoehymia scrophulosa*. In scrophulis magnam meruit sibi conium apud medicos famam. Confert plurimum utilitatis in scrophulis cum irritabilitate incedentibus, praecipue statu febrili, inflammatorio, et ipsa suppuratione scrophulosa (1), praesertim si haec postrema maligna et ichorosa, jam febrim hecticam concitavit. Eminenter scrophulosos glandularum resolvit tumores, et saltem tunc ab usu abstipendum monet Richter (2), si inflammatione sunt correptae, in quo casu suppurationem certissimam comitatur usus. Character scrophularum fundamentalis, atonia nempe vasorum lymphaticorum solo non sufferri, aliquibus videtur, conio; in quo statu tonicis junctum remediis, in specie Chinae, Mercurio, Antimonio, quo et pulvis Doveri refertur, radicalem curam promittit. Convenit scrophulis affinitate junctae atrophiae (3) rachitidi. In hac laudatur summae efficaciae assae foetidae junctum conium. Dzondi (4) commendat in photophobia, Dacryoadenalgia scrophulosa conii extractum ad 2 — 3 grana ter per diem, quam dosim semper uno grano auget, donec 7 — 21. die reactio insequeretur. Hoc experimento Germani frequentissime cum Auctoris fama usi sunt. Optime confirmat in hoc morbo emolumentum extracti conii Cel. Kopp (5), qui pueris 2. usque 4. annorum, unam drachmam hujus extracti in drachmis sex aquae Cinnamomi solvendo, ter per diem quatuor guttas exhibuit ita, ut omni die aliquot guttis ascenderet usque emendationem et sanationem, nec raro pueris annorum quatuor ad guttas 25 — 30 ascendit, sine omni periculo. Sed protractus fuit usus necessarius. Tamen vesicans retro aures, oculis compressa, quae in medio tinctura opii vel sola, vel cum tinctu-

ra Galbani, madefacta fuit, imposita adplicare non neglexit. Diurnus eius valde in cunctis morbis scrophulosis requiritur usus.

Initio propinquantur pueris tot grana, quot annos sunt nati, sensim augentur ita, ut et scrupulus unus possit exhiberi. Et auctori succus recenter expressus tempore veris ad 5—10—20 guttas, aliis plantarum succis, admixtus summe utilis visus, cui siccatus pulvis minime activus erat. Secundum Hoffmann (6) folia conii majus praestant commodum in scrophulosis induratis aliisque tumoribus, quam extractum interne et externe applicitum. In labe scrophulosa pancreatis (7) Rosenstein adhibuit cum effectu laudabili. Felices prostant observationes Medicorum ac Chirurgorum Ticini (8), in scrophulis non exulceratis, factae. Tomassini et Borda adhibuerunt in labe pulmonum et mesenterica per scrophulas neglectas provocata, quorum secundus (9) addit simul usum Chinae; in contabescentia scrophulosa vero Hufeland (10) balneum e conii herba commendat. Laetatur Trecourt (11) se ulcera scrophulosa maligna, et glandulas colli tumidas sanasse; hasque ultimas et Schenckbecker (12) admodum induratas extracto conii resolvit. Hast (13), Rutty (14), Fothergill (15), utile in morbo scrophuloso observarunt. Cl. Bierchen (16) in scirrhis scrophulosis, adhuc magis in veris scrophulis vim praestantem est expertus remedii hujus. Helvetis quanquam nullo in morbo videretur proficuum, tamen in scrophulis utilitatem conio abnegare non sunt ausi (17). Nec Consbrug (18) potuit inutile compellere conium in scrophulis. In ophthalmiis scrophulosis insigne frequenter laudabatur, Lemoine (19) succum recenter expressum duobus cochlearibus initio, demum vinaceo poccello propinasse cum bono effectu refert. In Blepharadenitide (20) ac hordeolo scrophuloso (21) commendat Cl. Fabini. Laudatur in discrasiis scrophulosis a Cell. Ozan (22), Neès v. Esenbeck et Ebermaier, Kunczio post Richardum ac Hildebrand, Mellin, Quarin, Locher, Palucci, Collin, Hirshel, Tissot, Rhan, Roux; et multis aliis. Ipse pueritiam scrophulis affectam, parentibus et domesticis, ac plurimum mihi duxi, molestam; et ipsius vitae conservationem me debere unico conio haud celare esset necesse; hanc plantam contusam initio glandularum tumori non admodum dolenti applicuit sollicita mater (Philippa) cum avia (Stania e Raschkovics nata) (ut quondam sollicita mater J. P. Frank strumam sanavit), quem tumorem optime resolvit; sed saepe morbi praesentiam, ut pueri saepissime solent audaciores, celans, intra triduum tumor glandularum saepe fuit ita auctus, ut lectum deserere non potuerim, quibus sub circumstantiis herbam conii recentem aut siccam contusam et calidam imponebat tumoribus, qui absque omni cura interna aut resoluti, aut frequenter sine doloribus in suppurationem benignam abeuntes morbo finem posuerunt. Hic morbus frequentissime est me adgressus ita, ut ab anno ae-

tatis meae 8-vo ad 14-um, vere adulto ac initio autumnii semper adfuerit, qui saepe et hyeme, sed frequentius aestate organismi fuit hospes ingratus mei. Ab hoc tempore unica vice Pesthini qua Philosophiae studiosus mense Julio 1826. aeger jacui, teste Josepho Rebrics, hujus herbae auxilio sanitati denuo traditus, morbo ad hodiernam diem liberrimus existo.

- (1) Hufeland in Journ. der prakt. H. K. Bd. IX. S. 111. S. 86. — Ruty med. obs. and. inq. Vol. III. p. 229 — Bierchen von den wahren Kennzeichen der Krebschäden S. 10. Cullen A. M. L. B. II. S. 123. — (2) Richter spec. A. M. L. Bd. II. p. 767. — (3) Duffressnoy Gazette salulaire 1791. Hufeland's Annal. Bd. II. S. 356. — (4) Aesculap. Bd. I. St. 1. Leipzig 1821. — (5) Denkwürdigkeiten Bd. I. S. 338. — (6) Vermischte med. Schriften, herausgegeben von Chevat Bd. I. S. 96. — (7) Rosenstein's Kinderkr. S. 123. — (8) Züricher Abh. T. 2. p. 415. — (9) Froriep Notiz. 1. S. 190. — (10) Hufeland's Journ. 1824. 1. 89. — (11) Memoires de Chirurgie p. 428. seqq. — (12) v. d. Kinking Anh. p. 144. (13) Med. verk. tilst. p. 281. 284. — (14) Med. obs. et inq. T. 3. p. 229. — (15) M. O. et. Inq. T. 3. p. 400. seqq. — (16) Tal om Kräftskador 1. 9. not. seqq. — (17) Pharm. Helv. p. 50. antiquior. — (18) Nov. A. N. C. T. 5. p. 75. — (19) Lemoine in Journ. de Med. T. 36. — (20) I. Th. Fabini doctrina de morbis oculorum, ed. 2. Pesthini 1851. p. 118. §. 239. (21) l. c. pag. 120. §. 242. — (22) Encycl. W. d. m. W. herausg. von Prof. d. m. F. zu Berlin B. 8. 1832.

§. 18. 3) *Stagnationes s. infarctus, indurationes, intumescitiae abdominales*. Dum affectionibus cum infarctu locus in abdomine sit, virtus conii in vasorum ac nervorum fibras, plexusque his compositos, irritando potentius exeritur, praecipue iuncti mercurii praecipitatis, chelidonio, assae foetidae, aliisque. Cum Störkiö pluribus utile. Physconia interna, concretio tubi intestinalis et cum vicinis partibus, induratio ac intumescitiae prope cardiam ac pylorum (1), diversaue inde profluentia mala postulare vim solventem conii, auctores multi comprobant exemplis. Quo maior spasticus character infarctuum cum anxietate, animi inquietudine, sensu ingrato et dolente, et ipsa phthysi, praesentiam prodat suam, majoris fuisse efficaciae Brillonet, Recamier, Rust, Esenbeck, Ebermaier aliique asserunt cum Cl. Greding, qui in metastasibus viscerum abdominalium salutiferum demonstrat conium, quod et Cl. Cominotti Tritinae in chronica hepatis induratione ac inflammatione admodum commendat. Hepatis infarctum feliciter, ac inde exortum hydropem et icterum sanavit saepe Andréé (2); juncto cum aloë et rhabarbara efficaciam majorem iisdem Duffressnoy (3) reperit in morbis, conio. Duncan (4) in canerosa degeneratione ac scirrhusa angustatione intestini recti, pilu-

las extractum conii et pulveres foliorum eius continentes, et in vicem unguenti easdem pilulas adhibuit; quibus notabilem emendationem observavit, quin sanationem procuraverit desideratam. Thäter (5) memorabilem casum refert, in quo extractum conii cum calōmele et iterata ipunctione unguenti mercurialis diu continuatum dosi sensim aucta, valde notabilem indurationem in abdomine, a multis pro incurabili declaratam, et a peritonitide male curata exortam, resolvit felicissime. Multisque in aliis chronicis affectionibus plurimum utilitatis se expertum gloriatur. Cel. Odier (6) in angina tonsillari, praesertim si haec malignam et ulcerosam adeptam fuerit indolem, commendat, quam ille in uno casu per menses plures aegrum crudeliter excruciante, extracti conii magnam praescribendo quantitatem felicissime sanatam operi suo fuisse inscripsit auctor, qui etiam in cynanche oesophagea, in supurationem periculosam degenerata multis remediis per plures menses pertinaciter resistente, extracto conii suppurationem felicissime praevertit, et malo finem imposuit. Etiam lienis (7) ac pancreatis indurationum resolutionem non pauci commemorant auctores.

- (1) Gazo. l. c. — (2) I. André considerat. on bilous diseases etc. Lond. 1790. Samml. auserl. Abh. z. Gebrauch der prakt. Aerzte, Bd. 14. S. 557. (3) aus d. Gazette salulaire in Hufeland's Annal. d. Franz. Arzneyk. Bd. 2. S. 556. (4) the Lancet. V. II. 1830. Apr. May, Nro. 543. (5) Rust. Mag. B. 27. S. 492. (6) Handbuch d. prakt. A. M. L. d. d. Franz. v. Stempel. 1827. S. 81. — (7) Schwarze S. T. p. 416.

§. 19. 4) *Syphilis*. In hac cacochymia Störkio commendatum Quarinio, Buchholzio (1) confirmatum conii emolumentum legi potest. Contra indurationes glandularum venereas, ut glandulae prostatae (2), cariem veneream, abusum mercurii, (hydrargyrosim,) etiam complicationem cum scrophulis (3), cum magna utilitate adhibitum recensetur. Contra glandulae prostatae tumorem iam dolore incessum impediendo, per cancerum venereum inductum, herbam conii recentem in horto nostro Botanico collectam (experimenti causa, an incultae possit efficaciam, saepe probatam, producere; nam solebam in sylvulae urbis, Stadtwaldchen dictae, colligere vicinia) tanto adhibui cum effectu, ut tertia die non solum dolor evanidus, incessum admitteret liberum, sed et tumorem vix noscenda imminutio conspicua gratulabundo aegro juveni fuisset; in tumore vero montis veneris, priore, nempe prostatae sanato, evoluto, altera applicationis die suppurationis fluxus spontaneus est subsequutus, in bubone tandem lateris sinistri inguinali eodem in

individuo, uno mense post coitum abominabilem, et cancerum sanatum, evolutum, non ita desideratae fuit efficaciae, sed resolutionem; initio moliebatur, ad quam accelerandam et jodinae inungeudum praescripsi praeparatum, quam denuo ut doloris causam exinisi, et solam herbam applicui incultam, semper calidam, quae 6. dierum decursu suppurationem desideratam provocavit; nec inopportune monendum censerem, interne me solam calomelam ad gr. 1. et  $\beta$ , per nyctemerum contra cancerum absque ulla lotionem exhibuisse tamdiu, donec laesionis vidissem sanationem, cum cautela, per Hungariae Hippocratem Fr. BENE felicissimum moderatorem nobis discipulis, commendata. Conium et Hunter (4) adversus bubones venereos induratos cum fructu adhibuit. Commendatur et in morbis venereis cutis ac syphilide universali (5). In blenorhoea chronica cum balsamo copaivae, myrrha, cortice Peruviano et aliis amaris extractis utile expertus est Weikard (6) conium, ab hac enato Orcheocele (7) et Fordyce (8) in fluore albo cum china junctum. Dzondi (9) vero contra bubones et scroti tumorem paravit emplastrum ex unc.  $\beta$  conii, tantum belladonae et hyoscyami emplastri ac 2. dr. unguenti Neap. cum tinctura opii Sydenhami, quod diebus aliquot quietum utiliter adhibuit. Quanquam Fabre lui venereae subigendae insufficiens (10) notaverit, tamen Hideenio (11) ozoenam duram cum extracti ac infusi per narces attractione, curare successit.

- (1) In. d. Nov. act. nat. cur. Tom. IV. Norimb. obs. 53. p. 261 — (2) Suediauer's vollst. Abh. üb. d. Nat. Z. W. und Beh. der syph. Krankh. übers. v. Fr. W. v. Hoven Ludvigsb. 1799. Th. 1. S. 99. — Girtanner's Abh. über d. vener. Krankh. Bd. 1. S. 196. — (3) Sponitzer in Hufeland's Journ. Bd. 3. S. 669. — (4) Hunter treat. on the Vener. diseases. p. 175. et Hunter's Abh. über d. vener. Krankh. A. D. Engl. 1787. S. 470. — (5) Hunter l. c. — Charneil Journ. de medec. 1789. Avril. — Hufeland's Annal. d. Fr. Heilk. B. I. S. 87. seqq. — (6) Vermischte med. Schrift. Bd. III. S. 135. (7) Suediauer l. c. — Whittham, aus med. Repos. in Samml. auserl. Abh. z. Geb. f. prakt. Aerzte Bd. 25. S. 514. — (8) Samml. auserl. Abh. z. Geb. f. prakt. Aerzte. Bd. 25. S. 514. — (9) Neue zuverläss. Heilart d. Lustseuche. 1826. S. 100. — (10) Fabre Mal. vener. T. 2. p. 179. — Fortsätze etc. pag. 302.

§. 20. 5). *Secretiones varii generis morbosae.* In omni statu morbozo, ubi mala, cariosa, sphacelosa, phagedaenica indoles adest, quae incrementum capit perniciosum, dolores producit magnos, conium adhibetur passim cum fructu. Eminenter secretionem puriformem emendat et cohibet. Plures adducuntur morborum historiae, in quibus cancerosa ulcera plane sustulit, quas plures dubio involvunt ma-

gno. In tali morbi statu internus et externus remedii usus, palliativam ad minimum praestat curam, in qua topicos dolores sopit, ichorem emendat, incrementoque morbi celeriori impedimentum ponit. Receptivitas non raro erga remedium hoc potens imminuitur organismi; saepe vero malae sequelae usum intercipiunt, quo seposito morbi status evadit deterior. Et probabilitatem, conio sanata ulcera cancro, fuisse scrophulosa, herpeticae originis, ab auctoribus variis adductam minime infringit. Interim Gouvert (1) tractat scirrhum mammaram et testiculorum sequenti modo: Post hirudinum parti affectae applicationem praescripsit sequentes pilulas: *Rec.* Saponis dori, Unc.  $\beta$  Gum. Ammoniaci dr. II. Extr. conii, Extr. aconiti aa. dr. 1. et  $\frac{1}{2}$ ; Pil. Aloës cum myrrh. dr. I. m. f. pil. Nro 114. E quibus mane et vesperi 2. ascendendo usque 12. et 20, dedit. Parti vero dolenti cataplasma e recentibus conii foliis, ferrum candens brachio, applicuit, tepidas lotiones, diaetam tenuem cum potionibus dilutis commendavit, et dum necessum fuit, omni 14. die hyruidines renovavit. In scirrho mammaram herba recens in pane butyraceo comesta levamen (2) tulit. Ulcus fistulosum cum carie maxillae inferioris sanavit Cl. Blom (3). In cancro progressum cohibuisse, dolores mitigasse, et profluvium ulceris emendasse, Fothergill (4) refert. Akenside (5) opio potentius in uteri cancro, ulceribusque topicis invenit conium. Externusque usus videtur pluribus medicis praestantior interno. Infusum herbae elutioni ulcerum inservit, vel iungitur huic aut recenti succo, solutio extracti in aqua puteali, hordei aut calcis; recenter contusa folia, cataplasma siccorum foliorum cum lacte, junctum cum emplastro hyoscyami toti ulceris apponitur superficiei. Contra cancerum apertum commendat Fuld. Cataplasma ad cancerum, a libra una roob dauci, 2. uncis pulveris conii et 3. drachmis tincturae opii crocatae, paratum, cujus utilitatem magnam et Richter Regiomontanus adprobat. Balneis ex infuso herbae paratis usus est Justamonde (6) in doloribus ulcerum canerosae indolis mitigandis. Stelwagen (7) extracti solutionem in normale utilitatis externae reperit proficuae, quod Cel. Lentin (8) comprobat. Indolis ulcus canerosae in ala nasi situm decocto conii lotum palliatiivi auxilii capax (9) Pearsonio refertur. Gebel (10)  $\frac{1}{2}$  gr. extracti omni bihorio in conjunctione cum cortice Peruviano in galactirrhoea commendavit. Gudet (11) invenit in extracto conii potentissimum remedium in lactis secretionem imminuenda, dum feminae proles uberibus lactare nolint suas, aut non possint. In suppuratione cujuscunque partis cohibenda, emendanda, chinae juncti conii e supra dictis praeclara patet virtus. In phthysi tunc est utilis, dum sopientium et lenientium remediorum adest indicatio, dum pulmones exulcerati phagadaenicae videntur indolis, substantiam eorum cito consumi, quae ejectione acris, icho-

rosi puris et tussi vehemente, symptomatibus topicæ inflammationis absentibus, clarescit. Richter (12) magnum levamen vidit. Adair (13) commendat eius usum in phthysi scrophulosa, Gebel (14) eodem in morbo junctum cum china, et Hufeland (15) forma balnei. Paris (16) observavit extractum conii maximæ utilitatis apud pulmonum affectionibus patientes. Incepit ille cum 5. gr. dosim, quam sensim ad scrupulum et ultra auxit, donec vertigo, nausea, tremores artuum etc. comparuissent. Cui nullum, irritationem sedare valens, est, sic ut conium, medicamen. Mixturamque fecit exhibendam sequentem: *Rec.* Extr. cicuta, Extr. hyoscyami aa. scrup. II. Mucil. G. arab. dr. II. Tere simul et adde liqu. ammon. acet. Unc. I. M. S. ter de die cochleari coffeaceo sumendam. Nec mea (17) contrariam virtutem demonstrare lugubris valet observatio.

- (1) Mémoir. de la Societé académique de Savoi V. II. p. 285. Gerson u. Julius. Mag. B. 10. S. 280. — (2) Phil. Trans. 1763. p. 346. — (3) Med. verk. tilstånd p. 37. — (4) Med. obs. et Inqu. T. 3. p. 400. — (5) Med. Trans. T. 1. p. 79. 81. — (6) in d. Samml. auserl. Abh. z. Gebr. d. prakt. Aerzte B. 12. S. 403. 421. — (7) Samml. auserl. Abh. z. Gebr. f. prakt. Aerzte B. 9. S. 412. — (8) Beyträge B. 1. S. 308. — (9) Pearson in. d. Samml. auserl. Abh. z. G. f. pr. Aer. B. 16. S. 611. — (10) Hufeland's Journ. B. 17. St. 3. S. 103. — (11) Journ. de méd. Vol. XII. Juill. — (12) Spec. Therapie B. 4. S. 807. — (13) Samml. a. A. z. Gebr. f. p. Aerzt. B. 15. S. 562. — (14) Hufeland's Journ. B. 8. St. 1. S. 85. — (15) Journ. B. 58. St. 1. S. 89. — (16) Froriep's Notizen B. 14. Nro. 21. S. 335. — (17) Dum officio distentus fuissem gravi, desiderio filiali correptus videre parentes, ordinavi, ut nocte 21. Octobris Topolya Carloviczium usque matutinis pervenirem hois, cum noctu arx Petrovaradinensis clausa impermeabilis sit semper, visis cum ortu solis parentibus dilectissimis, ad meridiem usque eiusdem diei redirem Topolyam, in qua officiose saluti ut invigilarem et adjacentibus aliis pagis Processus Telecsyani in I. C. Bacsiansi per. I. Sanitatis Deputationem dispositus quasi pernoctabam, diutius emanere, ne officii quaedam maneret neglecta pars, non ausus. Veniens vesperscente coelo e vicinis locis in hospitium, in quo reperi Nob. Maximum de Schumarszky A. A. L. L. et Philosophiæ Doctorem, aequè maternos reducem in amplexus. Hic eruditus juvenis Posonii iuris studiis intentus, dum cholera exitialis properasset Viennam, altissimam Europæ Domum, ad patrem suum, qui tunc Hamburgi in limitibus Austriae cum divisione Regiminis secunda Germanico-Banatensis, ut Supremus Vigiliarum Praefectus exstitit, iter suscipiens Posonio in limitibus cordone tunc obsessis Contumaciam servans, tussicula correptus, phthysi remuneratus. Dum solveretur illa Cinctura Regni Hungariae, consilio paene divino FRANCISCI BENE, quem Pannonia veneratur Tellus, ex quo levamen sentiebat, Pestini minus obediens, cum domum ad matrem properaret, de morbo filii unici summe sollicitam, tunc ad me venit visitandum, et in cubili meo, in quo, ob pericula cum conio instituta, varia, conii foetor, mihi minime ingratus, erat immanis, levamen

tantum expertus est, ut me praesente ne semel quidem tussicula correptus fuisset, quod illi vix credidissem, nisi auriga conquereretur de capitis dolore, a nimia Domini tussi provocato; quem somno dulcissimo oppressum ad 2. horam post mesonocinium turbare neglexi, etiam laboribus distractus; nam aegris ut de die, ita et noctu amoenus est medicus. Post 2. horam eundem mecum accepi, ut amico esset iucundior sermone via. In curru bene tecto, qui dono mihi a Marco Milassin, viro nobili et docto, in praemium fatigiorum oblatus erat, somnum continuavit amicus dilectus, sapidum, nec tussi corripiebatur, conio in curru praesente. Verum dum Carloviczii in reditu convenissem amicum, observavi tussiculam, ex qua non multo post et obiit, irreperabili gentis suae damno. Et ipse pulmonum affectus sui labe, ab ictu pistoleti impletionem nimiam sub iaculatione retroiecti in pectus meum, ita ut corruerim (dum An. 1828. qua II. An. Medic. absol. Aud. Budaë solennitatem, qua hic vindemiae peragi solent, praesentia mea auferem, in monte Alaudarum (Lerchenberg) dicto), ab eo tempore, quo conio occupari coepi, nullum sensum difficilis respirationis aut tussim expertus sum.

§. 21. 6) *Distrasias plures*. His conium plurimum utilitatis promittit morbis, cum praecipue cutim, glandulas, vasa lymphatica, textum cellulosem adgrediantur, et sub forma dolorum conspicui sint. In herpete (1) non inanis videtur conii usus tam internus, quam externus, praecipue si malignum, fere carcinomatosum, sphacelosem characterem, cum notabiliter sensatione cutis exaltata, assumunt. Jam Gessnerus (2) utebatur in scabie inveterata, velut lotionem, curanda. Struve (3) adhibet conii extractum in cura famis dicta, quam ille cum magno commodo in pertinacibus herpeticis excussionibus, aliisque chronicis multis morbis adhibuit. Junctum cum liquorum Decoctis, mane 5. pil., et mixtura 2. drach. extracti conii Drach.  $\beta$  saponis cum sufficiente conii pulvere curavit, 2 Gr. pilulas fieri, ordinavit. Etiam Stüve (4) cura Struveriana (famis) sanavit lepram malignam psoriacam. In plica Polonica J. Frank (5) dedit pilulas, unam partem extracti conii et duas sulfuris habentes quotidie ad gran. 9. cum utilitate, praecipue convenit in affectionibus dolorificis spasmodicis, utile conclusit etiam in ulceribus trachomaticis externe exhibitum conium. Contra capitis tineam laudat P. Frank (6) cataplasma ex Unc. 6. malvae, in lacte coctae, sub finem 1. Unc. conii herbae, et 3. unc. recentis butyri addendas. In puero octo mensium tineam, Decocto recentis herbae saturato, ternis quotidie lotionibus tepidis, mense Majo anno 1833. caput liberatum, sine ullo interno remedio. Stöller (7) interno usu extracti et externo Decocti pertinacem capitis sustulit tineam. In pertinacibus doloribus rheumaticis, cum magna fama adhibetur in dolore faciali Fothergilli (8), ipseque Fothergill usu extracti per medium annum continuato in homine secus bene valente et laborioso, sine adiumento alterius remedii, cuius 20. gr. initio commendavit, sensim aucta dosi, hunc dolorem dirum cu-



ravit. Pagol (9) Jackson, Gessner (10) magna dosi propinat-  
 tum remedium summe utile comprobarunt (11). Hufelandio (12)  
 multum praestitit cum guajaco extracti conii magna quantitas.  
 Spielmann (13) utilitatem est expertus in connubio cum aco-  
 nito. Masius (14) adhibito remedio rariores insecutos insultus  
 observavit. Thilesius (15) extractum in volatili tinctura gua-  
 jaci adhibuit, cum insigni emolumento. Siebold (16) observa-  
 vit emendationem extracto interne adhibito, et colutorio sa-  
 turata infusione foliorum subsecutam. Jahn (17) in dolore fac-  
 ciei dedit cum utilitate pilulas e drach. 1. extracti cicutae,  
 tanta quantitate res. guajaci et assae foetidae,  $\beta$  drachm. ex-  
 tracti aconiti et 15. gr. mercurii dulcis, paratas. In chronica  
 arthritide spem salutis approbant, praecipue si forma secre-  
 tionis turbatae, ulcerum sphacelosorum, blenorrhoecae perti-  
 naciae, glandularum tumidarum comparet, a conio tonicis iun-  
 cto. Mellin primum experimentum pilularum Störkii fecit in  
 podagra, quam feliciter dosi horrendae aucta sustulit. Clerck  
 tumores (18) arthriticos sustulit, sed Whytt (19) ipse arthriticus  
 adhibere neglexit ob ingratum odorem. Baldinger pulverem  
 foliorum conii cum melle, forma electuarii cum magno com-  
 modo adhibuit, in ulceribus diversae indolis, podagra, hydro-  
 pe a scabie suppressa, tinea capitis et aliis morbis. Nec in me-  
 tastaticis affectionibus diversarum discrasiarum usus eius sper-  
 nendus. Jam Greding (20) laudat in maculis corneae et cata-  
 racta. Cl. Fabini (21) quoque in obscuracionibus corneae et  
 amaurosi suadet. Willich in cataracta incipiente (22) admodum  
 commendat; cuius virtutem et in propria oculi dextri affectione  
 per violentiam externam, incaute dum vespertino tempore in op-  
 pido Topolya me officio vacantem publico in foveam e curru ever-  
 teret agazo, inducta, multis remediis incassum adhibitis, conii re-  
 centis folia contusa externe oculo applicita, tantam emendatio-  
 nem produxere, ut iam formas corporum maiores accurate  
 distinguere sciam, quae ferme biennio obscura offerebantur.  
 Magnificus BENE commendat extractum in morbillis, et cum  
 eodem hellebori nigri ac flor. sulfur. in ipsa elephantiasi, a  
 Jos. Frank Wilnae sanata. Cl. Camber, Pannoniae inferioris  
 famosus medicus, qui maximis effert conii virtutem encomiis  
 in multis adhibiti morbis, in stasibus praesertim systematis  
 lymphatici ac infarctibus glandularum, mihi 20. Octob. 1833.  
 dum me amice conveniret, hanc remedii relationem dedit.

(1) Waton Journ. de méd. 1790. Hufeland's Annal. d. Fr. A. B. 1.  
 p. 64. (2) Beobachtungen S. 204. (3) Uib. Diact. Entziehungs-  
 und Hungercur. Alt. 1822. f. 54. (4) Rust's magazin B. 22. S. 154. (5)  
 Mémoir. sur l'origine et la nature de la plique polon. Vilna 1814.  
 (6) Epitome etc. lib. VI. Form. med. n. 53. — (7) Beobacht.  
 und Erfahr. S. 130. (8) Collect. of the med. and. phil. Works  
 by Fothergill p. 325. seqq. (9) Hufeland's Annal. B. 1. S. 305.

(10) Entdeckung. B. 3. Abth. 1. S. 214. (11) in Lond. med. obs. and. Inq. Vol. V. p. 129. Samml. f. p. A. B. III. S. 158. seqq. (12) Annal. d. franz. Arztk. B. 1. S. 507. Anmerk. (13) Gazette salut. 1791. Hufeland's Annal. B. II S. 290. (14) Hufel. Journ. B. 25. St. 1. S. 69. (15) med. chir. Bemerk. B. 1. S. 283. (16) Doloris faciei etc. adumbratio 1795—96. (17) Mat. med. Bd. I. S. 592. 4te Aufl. (18) in Ess. and. obs. phys. et. lit. T. 3. p. 450. (19) I. c. p. 469. (20) Sämmtl. Werke B. 1. S. 249. (21) I. Th. Fabini I. c. p. 158. et 178. (22) Willich in Hufeland's Journ. Bd. XXI. St. 11. S. 44.

§. 22. 7) *Neuroses*. In his videtur cum hyoscyamo virtutis analogae, iisdemque potest adhiberi in casibus, cui virtute postponendum censent medici conium. Praecipuam virtutem in illis morbis nervorum exerit, in quibus simul cum irritabilitate et quidem in organis glandulosis abdominis iuncti, eam supponunt. Hac ratione in specie in hypochondria, hysteria, ipsaque epilepsia, ad praecavendum insultum apoplexiae, auxilium non abnegat saluiferum. In tussi convulsiva a Butter, Cominotti (1), qua efficacissima et specifica adhibetur medela, quae ab Armstrong, Buchhave (2), Ranoë (3), Lentin (4), confirmata est. Aliquibus minoris efficaciae visum, sepositumque conium iteratas revocavit invasiones (5). Jahn (6) commendat in secunda et tertia morbi periodo, affectione scrophularum et herpetissimul praesente. Maiori dosi porrigitur, quam belladonna; minoris est repertum virtutis conium. Recentioribus ferme neglectum, tamen non desunt epidemiae, quibus potentiam in morbos exerentibus cum fructu adhiberi posset. Solent 1, 2, 3 gr. extracti in 1. Unc. aquae soluta, cochlearibus coffeaceis exhiberi. Commendatur (7) in asthmate spasmodico, in ipsa pectoris angina, hydrothorace, dosi sensim semper aucta: In pulmonum affectionibus, praesertim cum dispnoea iunctis, tinctura e  $\beta$  drachm. conii herba, cum 1. Uncia aetheris sulfurici parata, 2—3 guttis cochlearis ope ori impositis, evaporandis, insignis depraedicatur efficaciae (8). Sömmering (9) laudat efficacem conii extractum in vesicae spasma urinariae. Vomitus pertinax potatoris insignis, solutioni e 2. drachm. extracti cicutae in  $\beta$  Unc. aquae cerasorum nigrorum paratae, mane et vesperi ad 30. guttas exhibitae celerrime cessit, qui potentissimis remediis resistebat (10). Gazo et Quarin utile conium in ventriculi spasma, Lettsom (11) in dolore capitis nervoso, Willich (12) in inchoante amaurosi praxi sua comprobarunt. Antiqui contra priapismum et satyriasim propinarunt, et Berehds (13) qua Antaphrodisiacum habet. Secundum Hahnemann (14), est praestantissimum remedium in illa exitiali hypochondriae specie, qua quandoque viri caelibatum colentes corripiuntur. Cl. FABINY in blepharospasmo approbat. (15)

(1) Abh. v. Keichhust: nebst ein. Anhang v. Schierling u. dess. Zubereit. a. d. Engl. (1773) v. Scherf. 1782. S. 49. (2) Samml.

auserl. Abh. z. Gebr. f. prak. A. Bd. 4. S. 109. Bd. XIV. S. 618. (3) Act. Reg. Soc. Hafn. vol. 1. p. 331. (4) Memorabilia etc. S. 79. (5) Paldamus. d. Stichlust. etc. 1805. S. 80. (6) Mat. med. 4-te Aufl. B. 1. S. 593. (7) Hufeland's annal. d. franz. Arzk. Bd. 1. S. 3. (8) aus Phil. Journ. in Frorieps Notizen Bd. 3. Nro 8. S. 126. (9) Harnblasenkrampf S. 64. (10) Rust's magazin Bd. 23. S. 340. (11) Lettsom med. memoirs. p. 320. (12) Hufeland's, Journ. B. 21. St. 2. S. 44. (13) Sundelin's Heilmittel. B. 2. S. 119. (14) J. B. van der Sande und Sam. Hahnemann, Kennzeichen der Güte und Verfälschungen der arzneymittel. Dresd. 1787. B. 4. S. 204. (15) J. Th. Fabini l. c. pag. 137.

§. 23. Ray pulverem foliorum conii ad 20. grana in febris quartanis propinavit cum bono eventu. Ipse recorder tertianā, dum domesticis usus fuisset omnibus remediis, radicem ingessit ad Unc. et ultra, quam post quadrantem horae insecta est Diarrhoea summe profusa cum vomitu moderato, febris quidem mitior, sed non emansit. Ipse institui periculum in individuo sene, debili, cholera correpto, cum radicis infuso frigido, ad quod inflammationis vehementissimae subsequatas reactiones tubi intestinalis, aliorumque viscerum nobilium, unica venaesectione ita sustuli, ut altera jam patiens lectum desereret die morbi, quapropter nec continuavi, cum cholera majori numero plethoricos adgrederetur Batsiensis. Dedi et herbae totius infusum absque emolumento: Dufresnoy cum utilitate dedit in scorbuto (1). Gatakers (2) multo minorem reactionem in Anglia expertus est ab iisdem, quae Störk in usum vocavit, praeparatis, ubi solam diuresim et diaphoresim excitavit. Bierchen observavit ptyalismum a conio excitatum.

(1) Beobachtung. und Erfahrung. S. 355. —

(2) Essays on med. subjecta Entrad. p. 8. seqq.

§. 24. Conium maculatum antequam seminum compareant rudimenta, collectum, vase bene obturato conservandum cuiuslibet anni indiget collectione. Externe, ut supra notatum patet, ad virtutem conii interne sumti adjuvandam, praescribitur qua resolvens, discutiens, dolorem leniens, antispasmodicum; adversus scrophulas, glandularum tumores, indurationes, tubercula lymphatica, induratos bubones, orchitidem, arthrophyma ossarium, nodos articulares, ganglia, callos, clavos, quo et helos spectat, tumores cysticos, intumescencias venereas et arthriticas, scirrhus, cancerum, ulcera neglecta, ichorosa, sphacelosa, tineam capitis (Petrus Frank) cariam (1) ossium, incipientem uteri indurationem (Carl Wenzel) exanthemata inveterata, dentium rheumaticos et faciei

(1) Gazette salulaire de Bouillon. 1787. Hufeland's Annal. B. 1. S. 406.

dolores, perones etc. siccata herba forma fomenti sicci aut cataplasmaticis adplicata, agit saltem ut simplex emolliens remedium. Valde, conium est adplicatio, cataplasmaticis instar calidi, e Malva, Verbasco, Althaea, Farina seminum Lini et majori vel minori quantitate conii, celebrata, in valde dolentibus inflammationibus, tumoribus, stagnationibus, rheumaticisque affectionibus sopiendis. Authenrieth (1) propria experientia laudat in febris puerperali Decoct. ex Unc. 2. herbae cicutae pro una injectione in vaginam et os uteri, parandum efficax. Qui obtundendae irritabilitatis, humectationis, relaxationisque necessariae uteri, adhiberi vult in finem. Momentanea quidem usum doloris auctio, quam immediate refocillans quies excipit, subsequitur. Etiam in uteri inflammatione, scirrhus aut exulceratione ejus canerosa cum utilitate adhiberi posse minime contradici potest, cautela solummodo exigitur magna, ne tangendo partem dolorificam uteri augetur malum. Si vero sensibilitas nimia non admitteret injectionem, tunc infuso herbae madefacta spongia imponatur vaginae et ori uterino. Et oculisticae saepe praestat commodum externa applicatio. Ita Beer contra tylosim commendat cataplasma e  $\beta$ . Unc. herbae cicutae,  $1\beta$  Unc. farinae seminum lini et aquae sufficienti quantitate, et  $\beta$ . drachm. campborae adplicandum. Reil contra maculas corneae adhibet collyrium e  $\beta$  drachm. extracti cicutae et fellis, 4. gr. extracti opii, 2. drachm. acetatis ammoniacae et Unc. 1. aquae rosarum, paratum. Infusum herbae aut solutionem extracti adhibent passim chirurgi in fistulis exulceratis, malaeque indolis, eluendis. Adhibui cum insigni emolumento in haemorrhoidibus coecis, quibus ab infantia vexabar, quarum balneum sulf. Bud. Gerhardianum pro brevi saltem tempore dolorem modice mitigavit, at unc. 1. herb. conii, in unc. 1. spiritus, in quo scr. 2. ass. foet. soluti erant, per triduum maceratae, externe adhibita, sustulit.

(1) Vers. f. d. prakt. Heilk. etc. Bd. 1. Hest. 1. S. 185.

§. 25. Doseos e dictis abunde quantitas et forma patet; tamen et loco hoc commemorare aliqua sufficiat. Pulvis caute collectorum et in bene obturatis vasis conservatorum foliorum, quibusdam efficaciae non spernendae cum Cl. Vogt (1), qui parvis dosibus narcoseos signa induxit, aliis vero minoris habita virtutis dosi multo majori ut Ray ad gr. 20. Reneaulme ad gr. 40. Dzondi scrup. 1. Jung (2) ad scrup. 3. non sine utilitate propinarunt, aliis, ut Levis, Werlhof, Hirschel, Schmucker, Weber, Vogel etc. ut inefficax rejecta. Interim observatio casta medicorum suadet gr. 1—2—3 bis de die initio porrigere, quae dosis pro ratione morbi circumspecte et

augeri potest. Pulveris hujus 1—2 drachm. cum 2. Unc. mel-  
lis forma electuarii quotidie cochlearculum coff. potest exhi-  
beri, ut jam pridem Baldinger docuit.

In usum externum praescribitur: *pulvis* pro siccis fomen-  
tis, pulveribus herbarum, fomentationibus et cataplasmatibus,  
in combinatione cum aliis herbis aromaticis, resolventibus et  
emoilentibus, uti pulvis herbarum resolventium, *Rp.* Pulv.  
herbae conii maculati, herbae meliloti, florum sambuci, —  
chamomillarum aa partes aequales D. — Pro fomentis et fo-  
mētationibus: cum farina seminum lini, avena excorticata in  
lacte emolliente, mica panis albi etc. Cataplasma ad cancrum  
apertum Disp. Fuld. ut supra §. 20. Cataplasma ad tineam P.  
Frankii: *Rp.* Pulv. herb. malvae unc. IV. coque cum lacte;  
sub finem adde pulveris herbae cicutae unc. I. butyri recentis  
Unc. III. M. fiat cataplasma molle (3). Magnificus BENE do-  
cet in tinea cataplasma e pulveribus conii mac. cum utilitate  
adhiberi posse, plurimisque aliis in morbis. Porro adhibetur  
pro insperione ulcerum, aequae forma cataplasmatum cum mica  
panis albi et aqua; etiam pro eodem scopo adhiberi potest re-  
center expressus succus, qui communi, emollienti fomento  
junctus applicari potest. Ad cancrsam indolem scirrhorum  
tumorum in mammis praecavendam commendat Cl. Halle (4)  
fomentum ex farina seminum lini, pulve dauci sativae (quae  
sic fit: ex recenti radice dauci sativae expressus succus ca-  
lescat in disco, vel redigatur cum farina in pulvem, toti ul-  
ceris superficiei imponendam, quae ope ligaturae firmetur,  
omni 12. hora renovandae, etc.) et succo dauci inspissato  
(roob dauci), ad quas substantias decoctas, media uncia  
axungiae porci omni cataplasmati misceatur. Momento,  
quo applicatur, media vel integra uncia pulveris herbae ci-  
cutae superficiei cataplasmatibus inspergatur, et ita cuti admo-  
veatur. Omni hora sexta cataplasma tale renovetur. Interne  
adhibetur conium forma pulveris ad grana 8—20, donec ver-  
tigo compareat. — *Infusum* ex media ad unam Unciam in una  
libra aquae fervidae, qua vehiculum et pro lotionibus, etiam  
injectionibus in utero vaginam, in fistulosis ulceribus etc.  
Etiam in balneis communibus utiliter in usum vocatur. Se-  
cundum Hoffmann (5) externe forma balnei in induratis tu-  
moribus majoris efficaciae fuit, quam emplastrum, cataplasma  
et extractum interne sumta. Ille 12. manipulos herb. cicutae  
fervida aqua perfudit, et moderate calida aegris applicuit.  
Ne vapore ingrato esset molestum aegro balneum, pannum  
lineum extendere solet circa collum et supra vas, et pan-  
num similem aceto perspersum infra nasum servare svadet (6):  
Valde felicia experimenta de efficacia balneorum cicutae  
in affectionibus carcinomaticis novissime Cel. Cons. Günther  
Köllni communicavit. Omni balneo 10. manipulos (apud pue-  
ros dimidium hujus) herbae admittit, in quo aeger tempe-

raturae mediae, media hora et diutius perstitit. Commemorari necessum est, plantam recentissimam adhibitam fuisse. Etiam Hufeland laudat balnea e conio, quae ille ante 30. annos adhibuit, et in suo opere de scrophulis commendavit (7). Simili modo adhibetur in pediluviiis pro resolvendis tuberculis arthriticis, vel ad malas sequelas praecociter evanescentis arthritidis praecavendas.

In balneis siccis conii, quae Hoffmann in defectu memoratorum liquidorum guttantium, in iisdem morbis, Nicolai vero propter vapores, quibus atmosphaera aegri repletur in morbis et ulceribus pulmonum, facile noxios, proposuit, ut recenti herba aegri lectus sterneretur, in quo bene obtectus aeger, 'jaceat' — In rheumaticis dentium doloribus, et dentibus carie affectis Cel. Cons. Fischer Lüneburgensis laudat sequentem fomentationem *Rp.* Sem. Papav. albi drachm. II. — hyoscyami drach. I. herbae cicutae unc. semis. Hoc in lacte coquitur, et frequenter tepidum Decoctum ore sumtum denuo expuatur (8). — In Diario Philadelphico commendatur in affectionibus pulmonalibus, praecipue dispnoea, vapores conii cum naphtha sulfuris pro inhalatione, in quem finem media drachma conii, in media uncia aetheris digeratur. Ex hac tinctura aliquot guttae in cochleari coffeaceo ori impositae, et tandiu ibi servantur, donec in vapores resolutae fuerint (9).

- (1) Pharmacodyn. Bd. I. S. 176. — (2) Eph. N. C. Dec. 1. An. 4. — (3) J. P. Frank l. c. — (4) Nouv. Journ. de méd. Tom. 1819. pag. 106. — (5) Vermischte med. Schriften, herausgegeben von Chavet. Th. I. Münster. 1790. 8. — (6) Vergl. Bernstein's prakt. Handb. für Wundärzte, 5-te Ausgabe Bd. I. S. 454. — (7) Hufeland's Journ. St. XI. Nvbr. 1820. — (8) Hufeland's Journ. 1821. Mai. 8. 106. — (9) Hänle magaz. Bd. I. S. 198.

§ 26. *Extractum cicutae seu conii maculati* frequentissimum suppeditat usum. Hoc secundum omnes Pharmacopaeos paratur e succo recenter expresso, leni calore in Mariae balneo ad consistentiam extracti inspissando. Praescriptio Pharm. Lond. Totum succum in emolumentum adhibendi, non videtur absque utilitate magna, viride sedimentum nempe non abjicere. Incalescentia quoque ascendentem spumam damno foret remove, cum multum resinae, cui inest plurimum specifici odoris, contineat (1). Extractum fortius cogitant aliqui Pharmacologi futurum, si succus recens ad fervescentiam usque statim incalescens filtraretur, evaporaretur, et ferme ad debitam consistentiam inspissato in filtro remanens faecula viridis adderetur, quae faecula hoc modo caloris actioni subducta existit. *Et hoc erit Extract. cicutae cum faecula Pharm. Gall.* Parum commendationis meretur paratio secundum Pharm. Hann. Ph. gallica aliam commendat adhuc praeparationem secundum Chaussier. Nec videtur sufficiens methodus extractum

huius herbae, quae volatile continet principium, parandi. Hoc praeparatum, ut sit bonum, specificum, urinae cattorum similem, ingratum odorem, nauseosum saporem, congruam consistentiam, obscure viridi-bruneum colorem, offerre debet, qui e solutione patet. Extractum decoctione herbae siccatae paratum, differt obscure bruneo-colore, in aqua magis limpidam solutionem suppeditat, debilioris est odoris ac minoris efficaciae. Omni anno recenter parari debet. Formulae, quas Bertrand (2) producit, attentionem excitant. Secundum Brande (3) plurimum pressionis modus in efficaciam succi influit. Si haec fortis est, tunc obtinetur profunde coloratum, inefficax extractum. Si porro in considerationem sumatur parandi modus, plantae patria ac aetas, anni constitutio, clima, sub quo colligitur, praeparati duratio, bonitas et efficacia, tunc minime mirum, tantam diversitatem inter dosim et efficaciam extracti. Sic Voigtel (4) uno grano inchoandum et raro supra 10. gr. ascendere monet. Ratier (5) contra propinavit remedium ad 25. gr. absque effectu. Initium sumitur 1. gr. et sensim ascenditur, donec siccitas faucium et symptomata levia narcoleos in conspectum prodeant. Datur extractum vel forma pulveris cum saccharo albo, aut lactis, vel in solutionibus aut pilulis. Valde efficax est, si extractum cum quinta parte pulveris herbae in pilulas gr. 2. redigatur, et adultis initio omni die mane et vespere 1. pilula praescribatur. Aliqui ad 10—20. gr. dosim auctam exhibuerunt. In dolore faciali Cl. Fr. Jahn (6) sequentes pilulas cum emolumento insigni ordinavit. *Rp.* Extract. cicutae, Gum. guajaci, assae foet. aa. Drachm. I. Extract. aconiti drahm. semis; calomel. gr. 15. M. f. pil. pond. gr. 2. consp. pulv. cinnam. D. S. mane et vespere 10. pilulas. In secretionem lactis cohibenda propinavit Cl. Gebel (7) omni bihorio  $\frac{1}{2}$  gr. extracti cum cortice Peruviano. Biennalis, periodice recurrens vomitus, cum vehementibus ventriculi spasmis, prostrato appetitu, emaciatione, pervigilio siti et s. p. absque organico vitio, post longum abusum spirituosorum remediorum, sequenti remedio sublatus est: *Rp.* Extracti cicut. Dr. 1. solv. in aquae amygdal. amar. destill. Unc.  $\beta$ . D. S. Omni 2 hora 30. guttas, et sensim augeatur dosis (8). Felicissima experimenta summe efficacia extracti cicutae in solutione aquosa Tartari stibiati, quam mixturam Cl. Schlessinger communicavit. Praeterea iunctum exhibetur: cum baryte muriatico (terra ponderosa salita, hanc Adair Crawford (9) anno 1789. primus in medicum usum traxit) cum remediis ammoniacalibus ac mercurialibus, amaris, aromaticisque substantiis. — Etiam *Rp.* Tart. stib. gr. 10. sapon. med. drachm. 3. Gum. am. assae foet. aa. drachm. I. Extract. conii macul. drahm.  $\frac{1}{2}$  m. f. pil. gr. II. consp. pulv. lycopod. S. initio omni die ter 10. pil. ascendendo, donec nausea et actio in alvum observaretur. In abdominis stagnationibus. *Rp.* Gum. am. as. foet.

aa. dr. 2. Ext. cic. dr. 1. Extr. aconit. dr.  $\frac{1}{2}$  Mercurii dul. gr. 15. m. f. pil. gr. II. consp. ut supra S. mane et vesperi 5. pil. Ad scirrhum resolvendum *Rp.* Extr. conii mac. scrup. II. aq. foenic. Unc. II. Tinct. opii benzoici Unc.  $\beta$ . m. S. cochlearculis coff. In tussi spasmodica: *Rp.* Extr. Gram. dr. II. Extr. conii mac. dr. 1 $\beta$ , kali acet. dr. III. solv. in aq. florum tiliae Unc. VIII. Syrup. Cort. aurant. Unc. 1. M. S. omni 2 horio cochl. cibario sumatur. Externe inservit qua empl. corio illitum, ad resolvendos induratos tumores, praesertim glandularum in mamnis et collo; contra noma (Stelwagen), contra podagram (Hahnem) solutum in aqua puteali, calcis aut hordei adhibetur pro iniectionibus, aut purgatione ulcerum malignorum, in cancro uteri et s. p.

- (1) Schrader in Buchner's Repert. Bd. 3. H. 1. (2) Froriep's Not. B. 2. N. 22. S. 546. (3) mat. med. S. 481. (4) Arzneymtt. B. 2. abth. 2. S. 341. (5) Form. pratiques des hopitaux civiles de Paris. 1823. (6) Fr. Jahn Auswahl d. wirksamsten einf. u. zusammeng. Arzneymitteln etc. durchges. u. vermehrt v. Dr. Erhard 1818 (7) Hufeland's Journ. B. 17. St. 3. S. 102. (8) Horns archiv 1817. Jan. u. Febr. S. 119. (9) in Ducan's Comment. Vol. IV. Dec. II. p. 435.

§. 17. *Tinctura conii maculati*. Schrader Berolini commendat eam, qua optimam formam remedii, qua efficacius multo succo inspissato in organismum humanum agere comprobatur. Ille asserit, incalescentia ortam spumam non solum albumen esse, sed etiam, uti iam Proust agnovit, resina componi, cui odor conii inhaeret (1) Hahnemann adhibet succum recentem conii florere incipientis cum anatica quantitate spiritus vini. In Diario Philadelphico (2) commendatur tinctura e  $\frac{1}{2}$  drachm. cicutae cum unc. 1. aetheris sulf. parata in dyspnoea ad 2 — 3. guttas.

- (1) Buchner's Repertor. für d. Pharmac. B. 3. H. 1. Nürnberg. 1817. —  
(2) Froriep's Notizen N. IV. pag. 126.

*Emplastrum de Cicuta s. Conio*, secundum Pharm. Boruss. Saxon. Bavar. Batav. etc. paratur e lib. 1. cerae flavae,  $\beta$ . lib. colophonii et olei oliv. liquefactis addatur 1. lib. pulv. conii; secundum Pharm. Austr. e lib. I. axungiae porci, 2. lib. cerae flavae, 3. Unc. therebint. et extr. cicutae,  $\beta$  lib. pulv. cicutae; secundum Pharm. Gall. e pice alba, resina pini, cera flava, coctione obtento oleo hyoscyami, foliis hyoscyami recenter contusis, gum. amm. paratur. Ad resolvendos et dispellendos tumores scrophulosos, indurationes glandularum, tuberculorum, arthriticorum et rheumaticorum, intumescentiun gangliorum, callorum et s. p. corio illitum adhibetur. — Debet viridem offerre colorem et non nitentem.



Cum hoc empl. ut et alia, facile destruat, non debet in antecessum paratum conservari, sed pro usu praesente confici. Ad parationem, accelerandam commendat mixturam, e cera, resina, oleo ut Pharm. Boruss. instruit, in promptu habere, multi. Dum usus hoc empl. postulat, statim una pars pulveris conii, cum duabus partibus massae paratae malaxando, paratur immutatae efficaciae emplastrum. In carbunculis et antracibus utile esse remedium praelegit M. Consiliarius FRANC. BENE. Graefe (1) commendat ad hordeolum resolvendum sequens empl. *Rpe.* emplastri belladon. scrup. 1. empl. cerussae alb. scrup. IV. empl. conii macul. dr. 1. palpebris adplicetur.

(1) Repert. augenärztl. Heilf. S. 54.

*Oleum conii s. cicutae* infusum paratur, 1. partis contusorum recentium foliorum, 2 partium olei oliv. digestionem per 24. hor. et colatione. Debite paratum, viride et specifici odoris conii esse debet. Externe instar linimenti in dolorificis tumoribus glandulosis adhibetur.

*Inter praeparata pharmaceutica*, quae Pharm. univ. (Waimar 1829) continent, referuntur et sequentia:

*Conserva cicutae* (Pharm. Herbipol.) *Rp.* Herbae cic. recentis et contusae partem 1, sacchari pulver. partes 2. F. terendo pasta homogenea.

*Cataplasma resolvens ad scirrhos.* (Suediauer Pharm. med. pr. univers) *Rp.* pulv. conii mac. pulv. hyoscy. nigri, saponis albi, singulorum unc. II. micae panis albi unc. IV. aquae vegetomin. q. s. ut f. cataplasma. *Rp.* Roob dauci unc. IX. acidi hydrochlorici dr. III. pul. herb. conii mac. q. s. ut f. cataplasma. *Rp.* Roob dauci lib. 1. pulv. conii mac. unc. II. tinct. opii crocatae dr. III. misce.

*Succus cicutae*, (Pharm. Gall.) *Rp.* Foliorum cic. mundatorum partes 16, contunde in mortario marm. pedetentim addendo: aquae com. partem 1. succum expressum sepone et frigidum tunc per chartam griseam filtra

*Syrupus cicutae.* (Disp. Lipp.) *Rp.* Herbae con. mac. recentis lib. 1. contunde in mortario lapideo, tum succum telaeconfectae inclusum iterum iterumque fortiter exprime, recipe hujus succi expressi unc. 4. sacch. pulver. unc. 6. liqua leni igne et per manicam cola. Bertrand (1) monet recentissime, qui succum conii recenter expressum, unicum; pro parte plantae efficaci habet, cum succus hic saltem brevi tempore haberi possit, cum syrupo concent. junctum conservare et hoc officinale facere etc.

(1) Recueil et mémoires de méd. etc. in Frouieps not. B. 2. N. 29. S. 345.

*Faecula cicutae.* (Suediauer Pharm. med. pr. univ. ed. van Mons.) *Rp.* herbae conii mac. q. v. contunde in mort. lapid. pistilli lignei ope, et exprime succum; residuum iterum cum aquae pauillo contusum exprime; liquores commistos sepone, decantha, et igni impositos postquam faecula coagula-verit, remove deinde, cola et faeculam bene lotam atque lenissimo calore siccata loco pulveris foliorum adhibe. Datur haec faecula cum saccharo alb. mixta ad 5.—35. gr. aucta sensim dosi. *Potio expectorans.* *Rp.* Extr. cic. dr. 1. tinct. opii camph. syrupi bals. Tolutani, singulorum unc.  $\beta$ . aquae rosar. unc. IV. dosis  $\beta$ —1. cochl. in tussi spasmodica.

*Tinctura s. Essentia cic.* (Pharm. Saxon.) *Rp.* Succu con. mac. recens expressi, spirit. vini rectificati, singulorum partes aequales. Digere frigide per aliquot dies et filtra. Lisnardi praescriptio emplastri conii (1). Paratur Extractum ex recenti coniq per expressionem et evaporationem igne leni ita, ut nulla coagulatio albuminis fiat. Necessarium oleum ad hoc emplastrum potest ita ex herbae expressione parari, uti et oleum coctum et longiori tempore, uti Extractum, in antecessum praeparari. Relatio est sequens: Resinae albae Unc. 30. Cerae flavae Unc 22 $\beta$ , Picis albae Unc. 13. Gummi ammoniaci Unc. 17. Olei olivarum Unc. 9. Herbae conii Unc. 72. Compositio videtur quibusdam erronea a Lisnardo proposita. Melius videtur de eo sentire Geiger (2).

(1) Journ. de Pharm. Janv. 1830. pag. 20. (2) Geiger's Journal. Septembr. 1830. S. 272.

§. 28. Seminis conii maculati Tractatum edere hoc opere elegi, cuius virtutem reperi in medicina summam. — etc. etc. Hinc, cum hoc semen uberior non sit occasio exponere, aliqua brevissime tamen adiungam appendicis instar, experimenta. In exitiali Europae morbo cholera semine hoc, ut specifico remedio, usus sum, cum summo emolumento. Illo tempore Exc. R. L. CONSILII, benigno missus fui mandato ad I. Cottum Bacsiensem, ubi aliquo haerebam Almasini penes I. *Deputation. in negotio Sanitatis operantem*, ut medicus tempore. Hic *Nobiles*, metu periculi prostrati erant, ipse omnes intendebar nervos, quaerens modum, quo *Eos* consolare valerem, quod praescripto aliquo, a Cell. nunc Consiliario IGNATIO a STAHLY MODERATORE meo, cuius venerantur admodum nomen, arcane mihi revelato efficere successit. Summa necessitate exigente ab I. *Deputatione* posthac lubenter (nam antra meis se vix volebant subducere oculis) missus fui Csantaverinum, ubi iam et Chirurgus relegatus morbi cholerae corruiit victima. Gens ibi ruralis, nec Medicis assueta, nec medicamentis, totam mihi insomnem reddidit primam noctem, quo ferrem iuvamen modo cogitanti. MAGNIFICI BENE CELL. HUNGARIAE MODERATORIS recordatus verborum: „praecipuam in cholera attentionem in

vomitum et diarrhoeam Medicus ut dirigeret, haecque profluvia, ut sisteret<sup>6</sup>. Nec Aviae meae, in sistenda diarrhoea saepe cruenta, usus seminum conii maculati, menti alienus. Nocte adhuc tenebricosa cepi felem, infusumque seminum ingerere coegi, quo, nullam mutationem noxiam cum causasset, in organismo hominum capere experimenta haud neglexi. Primo infusum frigidum feci spirituosum, cum juyamen singulare vidissem, Tincturis addidi gratis, ut cinnammomi, chammomillae, aliisque. Sed pulvere in morbo usus sum potissimum adulto. Dosi varia dedi, et diversam plantae huius partem, nullamque semine efficaciorē reperi in cholera. Nec mihi systema nunc condere operis est, nec vero casibus locus enumerandis omnibus conceditur; pauca tamen referam, ut et alii pericula momentosae huius partis Conii instituere possint.

Quamquam Gieseke ex hoc semine volatile paravit conicinum, cuius  $\beta$  Gr. cuniculum enecuit, eiusque experimentis in cerebrum et medullam spinalem agere modo exitiali, evictum habeamus; nulli tamen aegro noxium exstitisse sincere effero. Casus memorabiliores sunt sequentes:

Una femina die Domini a divinis domum redux in platea corruit, statim accedens, inflammatione correptam vidi summa, cum spasms ita vehementibus, ut in lectum eam ponere non fuissent ausi domestici, sed ad pavimentum cubilis, quod humidum erat, ubi posita, membrorum convulsionibus spasmicis, ultra pedem levabatur in altum, ut nec pluribus opprimi ad quietem potuerit. Tonsor loci, qui mihi ad latus instar Chirurgi erat, me indicante venam secuit; in loco ad mentem assignato, nam tumida cutis erat, ut nec tactui, nec visui patuisset venarum decursus, sed indicia vomitus nulla, alvus tamen laxa in alterum diem erat; missus sanguis ad uncias tres (4 unc. raro superavi, et multis in casibus desperatis felicissimum saepe vidi eventum) erat, spasmi tamen minime cessarunt, imo illam chirurgi manum, qua nudum tenuit aegrae brachium, spasmi ita invaserunt, ut digiti in dorsum flecterentur; uncta et fricata spirituum plurium compositione, quam habebam in promptu, in Chirurgo cessarunt, in aegra perstiterunt, quamquam rubedine oculi horridi privati fuerint, et cutis remisit tensio. Nunc in vini rubri boni, quod Parochus habebat, pocello, pulveris conii seminum maculati exhibui scrupulum unum, quo cum difficultate, nam et fauces contractas accusabat, absupto, quies membrorum rediit normalis, dissipatisque symptomatibus ita convaluit, ut pomeridianis obambulare in platea horis.

Alia femina (annorum 25. gracilis structurae, sanitatis bonae, pro carne emenda ad macellum (in ea domo iam 4 aegros una vice habui, quibus iam melius valentibus iusculum admisi bubulae carnis comedere) cum venisset, corruit exanimis, quamquam nullum in-

gruentis offerret morbi antea symptoma; adlatam statim suscepi in curam; sed nec pulsum obtulit tactui meo, nec respiratio vixit apparens. Frictiones quatuor extremitatibus institui simul validas, cum quartus non adfuisset, solus admovi instar socii manus. Patre familias, mortuam ut in pace omitterem, clamante, foras pulso, operationem continuavi, qua conscia sibi evasit femina, sed pulsus formicans admodum exilis, secta vena spissus niger apparuit sanguis, sed non fluxit, spasms nunc primo comparentibus, in cochleari aquae tepidae ultra scrupulum dedi Conii pulveris, quo ingesto, sanguis post moram prosiluit fortiter, quo Unciis duabus eyacuato, vena ligata, altera die sanata fuit aegra.

Gravida quaedam in labore existens Dominali morbo cholerae horis matutinis correpta, ad meridiem ferme neglecta sub evacuationibus profusissimis, tam vomitu, quam alvo. Videntes ceteri iamiam exspirantem, ad pagum, ubi sepeliretur ruditer deportata, quod aurigans profuisse, aegra oculos aperiente, dixit. Nunc mortis aut potius cadaveris imaginem praeculis habens, nec ut morbo uno duae simul pereant animae leviter tuli. Et hic, quantum ars nostra, quantumve labor medicus valeat, extrema tentare non neglexi. Frictionibus intensis, et corporis varias plagas unguendo spiritibus fortioribus, sensum doloris et visus, qui evanidi erant, revocavi, pulveres seminum conii mac. in tinctura chamomillae ad duos scrupulos propinavi una vice, quam cum calore et sermo excepit, pulsu moto venae sectionem in sinistro pede institui, qua dolor capitis intensus sublatus erat, sudorque satis largus in conspectum venit; dum iam aliquantulum se salvatam perspexisset, nullo modo se tegere voluit, fenestras claudere non admisi, ob factorem notabilem, quem corpus emittebat; promisso vero praemio, quod saepissime cum emolumento feci, se obtexit; nocteque sequente factus mortuus secessit, plene evolutus, nec laesus; quod semen potuerit nocere, dubito. Huncque casum Litteris collaudatoriis distinguit J. Deputatio primis. — Alteri aegrae feminae, spasms, absque aliis cholerae phaenomenis, praeter vomitum initio morbi, (iam secunda vexabatur immaniter die), aliquantulum existentem, agitatae, dedi bis pulveres ad dramam semis, omnes soluti fuerunt spasmi, et sanitas reversa desiderata.

In alia domo Topoljæ, filia elocata patrem viduum veniens ut visitaret hydropica, ambo haec individua corripuntur simul Cholera, porrexi amobus pulveres in Chammomillae infuso, patri bis, qui convaluit, et dum se bono appetitu praeditum videret, expetiit consilium, quid comederet, iasealum pullorum gallinaceorum, cum in aula eos vidissem, commendavi, et cum sit vino assuetus, modicum saltem ad sitim delendam, indulsi, cum aquam semper habuissem noxiam, (vinum absque damno observans semper reconvalescentibus ad-

misi); hic appetitui fieri proportionatas curavit epulas, duorum gallorum gallinaceorum iusculo absumto, ex his praeter ossa coquae nihil remansit; vini medias, ut lactus esset morbo superato, ebibit duas, somno oppressus nunquam evigilavit. Filia hydropica hoc videns cautior, consilio obsequuta medici, octo dierum spatio morbo iam 10 mensibus molesto, anasarca libera evasit. Sumsit haec omni die quater scrupulum semis, persistente diarrhoea et sudore universali copiosissimo, evacuavit urinae quantitatem magnam, et domum sana discessit.

In una femina juvene, quam cholera correptam hospita ejecit, ob moralis vitae defectum, tanta alvi diarrhoea serosa, ut inter continuos ejulatus se summo vidisset in periculo, motus periculi gravitate, nullibi proprio nummo, quod saepe facere solebam, per noctem subsequam lectum obtinere potui; Nosocomium nullum suasi, cum metus alioquin magno in gradu viginisset inter homines. Nunc quantitatem, in qua spem salutis posui, auxi, unciamque ad semel porrexi sumendam, seminum conii pulverisatorum, quam statim vomitu alioquin magno in gradu praesente ejecit, iterum porrecta eadem dosi vomitus cessavit; noctem sub dio, nec bene vestita transigendam omisi in aula, mane summo ante solis ortum properans, ut mortuam viderem, aegram non inveni, quaerenti mihi hospita retulit, eam post meum discessum vesperi statim esurientem et panem petisse, cui primo dum ad laborandum exeunti eum promisit, et ideo iam pridem ad phagopyrum colligendum abivisse. — Secus ubi casus non adeo desperati erant, sola scrupuli dosis una, cum raro habuissem tempus bis adeundi de die unum individuum patiens, nisi periculo aucto, errore aliquo comisso, aut diaetae, aut refrigerii, salvavit aegrum.

Vigiliis dum subiacuisset *Processus Teleokanus Cottus* eiusdem, meis, multos casus valde memorabiles habui. Sic Bajmokini Rebrics Josephus, ab J. Deputatione ibi dispositus, qui mecum una exmisus est, ad aegrum summe anxium, qui Parocho Jacobo Kovacs, viro humanissimo, veroque Parochianorum suorum Patri, antequam medicus Tibiscano a Processu venisset, in cura aegrorum adstitit, strenue officio vacans, deduxit, cui ejusdem in praesentia Parochi pulveres dosi consueta in Chamomillae infuso propinavi, cum instructione ut vena post horam aperiretur, et aegrum redux Almasino, ubi Deputatio residebat sanitati invigilans, Praeside Adalberto Antunovics de Almás, pomeridianis ejusdem diei horis morbo omni liberum deprehendi. Pulveribus hisce Bajsae Nobilis Matrona centenos salvavit; nec Reverendissimis Illustrissimisque, exhibere neglexi, alio sub nomine, semen, patientibus cum fructu.

§. 29. Nec desunt et mihi exempla hoc semine conii maculati Epilepsiae sanatae In pago Csantavér 14. mensibus insultu epileptico quavis septimana saepe et bis correpta, iam de-

bilis, secus juvenis femina, ad me recurrit, cui solum pulverem in tinctura chammomillae ter de die ad scrupulum semis initio porrexi, hanc dosim die tertia omni granis 5. auctam exhibui, donec ad scrupulos duos ascendissem, quam dein rursus imminui secunda die sic, ut nonnisi his mane et vesperi darem, post triduum denuo semel, penes quam dosim aegram, nullo ab initio remedii exhibiti insultu comparente, diebus sex omisi, his exactis nullum exhibui amplius remedium, nec insultus epilepticus, cujus causa excitaus fulmen, in domum vicinam incussum fuit, amplius rediit.

Hic Pesthini Cosmas Joszics Professor, Instituti Paedagogici Serbico — Nationalis, Jubilatus, ventriculi spasmō jam 20 et ultra vexabatur annis modo crudelissimo, ut quandoque diu et noctu per 14. continuos duraret dies. Anno 1831. mense 25. Decembris praesente spasmō gradu in summo exhibui pulveris seminis conii scrupulum semis, in vino, post minuta pauca dolore atroci liber somnum egit refocillantem, quo expergefactus, sanitate se pollere abunda reperit, ab eo tempore non solum hoc spasmō liberum abservo, sed etiam corporis totius vegetationem meliorem pristina, nam et appetitu ab eo tempore pollet optimo, cum multorum annorum serie nullum verum, sed solummodo spurium habuerit. Imo, quod illi mirum videtur, narium epistaxis, ante breve tempus cum levamine, quae iam 34. annis emansit, subsequata est. Nec debilitas mihi videtur oculorum tanta, quanta pridem, nata nunc saepe absque ocularibus eum legere observo, quod prius unquam videre potui. Pedis affectio minus molesta, pruritu et saepe dolore, evasit.

Nec inutile erit adhuc unum casum adjicere hic in una femina observatum; haec femina hysterica, tussi a pluribus annis vexata suspecta, ut iam materiam puri analogam ejiceret ingrante olentem, debilitas permagna et macies phthysi minime aliena, ab aliis etiam medicis ut incurabilis agnita, pulverem cum non ferret, decocto stipitum dulcamarae sub finem addidi eundem, immediate spasmō ventriculi, abdominisque constrictione liberata, tussis evasit mitior, imo tota aestate vix notabilis, hoc aethumno valde parum observavi; sed circumstantiae etiam tales sunt, ut se nequaquam refrigerio subducere possit, neque amplius hysteriae accusat symptomata.

Copiosissimis observationibus, innixus, officiique futuri dignitatem medicam summi habens, *Tincturam conii seminum*, ut spasmos tollens remedium, proponere, et *Publico usui* commendare praesumo. Inauguralis perge nunc libelle, in vastum, qua tibi patet orbem, desiderioque satisfiat, aegri ut releventur *semine hoc*, Auctoris.

## T h e s e s .

1. **V**is cunctis inest universi corporibus, anorganicis quoque fixa.

2. Cicuta est praestans remedium resolvens, tam interne tum externe adhibita.

3. Vis cicutae medica, in hydrope, obstructionibus glandularum lymphaticarum, aliarumque abdominis nullatenus abnegari potest.

4. Semen cicutae s. conii maculati ad medicamina spasmos tollentia, referri potest.

5. Cicuta cancerum si sufferre non valet omnem, tamen e therapia eius eliminanda non est.

6. Conium nec omnibus est venenum animalibus.

7. Pars plantae, quo pluribus oculis alimentis suscipiendis idoneis instruitur, eo plus partium volatilium continet.

8. Mater officium lactandi prolem recusans, cicutae usu sequelas noxias praecavere potest. Sed

9. Mater sana lactatione nonnihil venustatis, sanitatis vero nihil amittere potest.

10. Dexteritas et exercitium Medici promptum, saepe multum in accelerando partu valent.

11. Medico magis prodest, plura vidisse, quam legisse.

12. Medicus, qui nonnisi pulsui confidit, saepe summo pere fallitur.

13. Diaeta omni in morbo princeps therapiae adiuventum constituit.

14. Et hodie mineralia oriuntur.

15. Лѣкаръ на имѣніе болнаго призрѣніе имати треба. **Щьвда:**

16. Полѣзанъ общества челоувчестка лѣкаръ, кой быти жели, благость, кротость, оучтивость, крайное терпѣніе и великодѣшіе не малое хранити, и кагда при себи треба имати.

# I n d e x.

Praecipua objecti puncta exponens: ut,

I. Pharmacographiam et quidem: Nomen §. 1. pag. 5. Historiam §§. 2, 3, 4, 5. p. 6.—9. Literaturam §. 6. pag. 9, 11. Descriptionem botanicam, et speciei Syrmienſis, propriam, §. 7. pag. 11, — 14. Patriam §. 8. pag. 14, 15. Differentias §. 9. pag. 16, 17. Chemiam §§. 10, 11. pag. 17, 18, 19, 20, 21.

II. Pharmacodynamiam, et quidem: Actionem, ab usu interno, §. 12. pagina 21, 22, 23, 24. Vaporum recentis conii §. 13. pag. 24, 25. Usu oeconomicum §. 14. pag. 26. Indicationes, contraindicationes, et cautelas generales §. 15. pag. 26, 27. Usu therapeuticum in specie §§. 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24. pag. 27 usque 44. Dosim et Formam §. 25. pag. 44, 45, 46. Praeparata Pharmaceutica §§. 26, 27. pag. 46, — 50. Tandem propriam medendi Methodum cum semine, historiis brevissime aliquibus delineatis, institutam §. 28, 29. p. 50—54.

Errores, in opusculo hocce passim obvios, non tam tenuitati virium, qua idem elaborare adnitebar, quam brevitati temporis, in qua constitutus eram, imputandos, L. B. rei et linguae bene peritus, facile multos animadvertet; sic pag. 1. lin. ult. leg. Typis. Pag. 2. lin. 4. leg. кой. P. 5. l. 14. leg. Schkuhr. P. 6. l. 3. leg. Крвста. l. 30. seducti, . P. 7. l. 35. leg. Theophrastus, P. 45. leg. cogitaret. P. 9. l. 2. leg. eiusdem, l. 10. magnum, l. 23. leg. bulbosum. P. 10. l. 32. leg. stramonio, l. 48. Hildebrand, l. 49. leg. theoretisch-praktischen. P. 11. l. 5. leg. chemische, l. 11. leg. Zusätzen l. 17. leg. Esenbeck, l. 28. leg. hopitaux, l. 30. medicinalium, P. 12. l. 27. Willd. l. 41. Syrmium. P. 15. l. 4. Europae. l. 20. vixerunt, . P. 19. l. 10. cultura, l. 30. constitutiva, l. 32. substantiam, l. 34. Hermbstädtii, l. 35. parum. P. 20. l. 43. Schweiger's P. 21. lin. 2. cubili, l. 14. animalium, l. 23. aliquantum, l. 43. Kastner's. P. 22. l. 5. Actionem, l. 40. Pharmacodyn. P. 25. not. lin. 19. Senatus Serbiae, cuius Membrum immortalis ac meritissimus Philosophus Доситнеус (DEMETRIUS) OBRADOVICUS erat; affectantes, etc. P. 27. l. 37. Esenbeckius. P. 28. l. 27. plasticae, l. 44. phthysi. P. 29. l. 23. evolutum, l. 26. incedentem sanavit, . P. 30. l. 1. consumtis, l. 22. impediri, l. 37. scirrhum, l. 44. numero.